E. VALENTÍ FIOL

ROMA AETERNA

Método de Latín para
6.º curso de Bachillerato


TERCERA EDICIÓN

Texto aprobado por el

Ministerio de Educación Nacional

(Orden de 4 de mayo de 1963, publicada en el B. O. del M. de E. N. del 13 del mismo mes)

BOSCH CASA EDITORIAL



ROMA AETERNA


E. VALENTÍ FIOL
Catedrático del "Instituto Balmes" de Barcelona

ROMA AETERNA

Método de Latín para 6.º curso de Bachillerato

TERCERA EDICIÓN

Texto aprobado por el
MINISTERIO DE EDUCACIÓN NACIONAL
(Orden del 4 de mayo de 1963, publicada en el
B. O. del M. de E. N. del 13 del mismo mes)



BOSCH, Casa Editorial - Urgel, 51 bis - BARCELONA

DEPÓSITO LEGAL, B. 29.047. - 1972

IMPRESO EN ESPAÑA PRINTED IN SPAIN


Imprenta Clarasó; Villarroel, 17. — Barcelona

Cayo Julio César

DESEMBARCO EN GRAN BRETAÑA

(*Guerra de las Galias,* V, 1-23)

Preparativos para la expedición



Cayo Julio César

I. L. Domitio Ap. Claudio consulibus, discedens ab hibernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere consuerat, legatis imperat, quos legionibus praefecerat, uti quam plurimas possint hieme naves aedificandas veteresque reficiendas curent. Earum modum formamque demonstrat. Ad celeritatem onerandi subductionisque paulo facit humiliores, quam quibus in nostro mari uti consuevimus, atque id eo magis, quod propter crebras commutationes aestuum minus magnos ibi fluctus fieri cognoverat, ad onera ac multitudinem iumentorum transportandum paulo latiores, quam quibus in reliquis utimur maribus. Has omnes actuarias imperat fieri, quam ad rem multum humilitas adiuvat. Ea, quae sunt usui ad armandas naves, ex Hispania adportari iubet.

I. **L. Domitio ... consulibus;** los romanos indicaban los años por el nombre de los cónsules en ejercicio: "siendo cónsules (o durante el consulado de) Lucio Domicio y Apio Claudio"; es un ablat. absoluto; cuando se da el *praenomen* y *nomen* de los cónsules se suprime la conjunción *et.* **ut;** comparativo: "como". Recuérdese que el perf. *consuevi* (como *novi,* "yo sé") se tra-


Ipse, conventibus Galliae citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur, quod a Pirustis finitimam partem provinciae incursionibus vastari audiebat. Eo cum venisset, civitatibus milites imperat certumque in locum convenire iubet. Qua re nuntiata Pirustae legatos ad eum mittunt, qui doceant nihil earum rerum publico factum consilio, seseque paratos esse demonstrent omnibus rationibus de iniuriis satis facere. Percepta oratione eorum Caesar obsides imperat eosque ad certam diem adduci iubet; nisi ita fecerint, sese bello civitatem persecuturum demonstrat. Iis ad diem adductis, ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui litem aestiment poenamque constituant.

---

duce por presente, el pluscuamperf. por el imperf., etc. **uti** (= *ut*); completivo de *imperat;* refiérase a *curent.* **aedificandas**; con verbos significando "encargar", "encargarse", "entregar", etc., el gerundivo acompañando al complemento directo expresa intención o finalidad; trad. el gerundivo por un inf. o subst. verbal: "que se encargue de construir... y de reparar...". **modum**: "medidas". **ad celeritatem onerandi subductionisque**: entiéndase: *quo celerius onerari subducique possent;* al terminar un viaje las naves se dejaban en seco en la playa, como hacen los pescadores de nuestros puertos mediterráneos; varar una nave se dice *navem subducere,* y la operación de varado, *subductio:* ponerlas al mar se dice *deducere.* **quam quibus**; o sea, *quam sunt eae quibus;* recuérdese que *utor* rige ablat. y que el perf. de *consuevi* tiene valor de presente. **in nostro mari**; el Mediterráneo. **atque id eo magis**; "con mayor motivo porque", es decir, "y ello (*id,* la orden de construirlas más bajas) mayormente por esta razón (*eo*) porque". La razón principal para construirlas bajas era la de facilitar las operaciones de desembarco, conforme a la experiencia adquirida en la anterior expedición. **minus magnos fluctus**; la observación es falsa; en el Océano las olas son mayores que en el Mediterráneo; César quiere decir probablemente que en este último mar las olas son más cortas y se suceden con mayor rapidez que en el Océano, por lo que bajo cierto aspecto son más peligrosas para la navegación. **quam quibus**; la misma expresión que más arriba. **actuarias**; predicativo referido a *has omnes.* **usui**; *usui esse ad,* "servir para", "ser útil para". **ex Hispania**; España era rica en minerales de todas clases y en esparto, usado para la fabricación de cuerdas y amarras. **iubet**; nótese la diferencia entre este verbo y el *imperat* de más arriba: *imperare* es ordenar algo en virtud del *imperium* o mando supremo que se posee; *iubere* es menos fuerte, "mandar", "encargar", "invitar". El mando de César no se extendía a España, pero allí debía tener también agentes.

Illyricum; región de la costa N. del Adriático, comprendiendo parte del Friul, Istria y Dalmacia; formaba parte del gobierno de César. **Pirustis**; pueblo que habitaba al pie de los Alpes Réticos en los límites de la Iliria. **milites**; soldados para servirle de tropas auxiliares, fuera de las legiones. Nótese que *milites* es también sujeto de *convenire.* **qui doceant**; relat. de finalidad. **earum rerum**; o sea *harum incursionum.* **satis facere**; dependiendo de *paratos:* "dispuestos a". **certam diem**; *dies* es femenino en el sentido de "plazo o fecha fijada para algo". **arbitros**: árbitros, que juzgan no según leyes estrictas, como los *iudices,* sino con arreglo a su conciencia y a lo que creen equitativo. **inter civitates**; las perjudicadas por las incursiones y los pirustas. **litem aestimarent**: *litem aestimare* es tasar el valor de la cosa objeto de litigio; aquí los perjuicios causados por los pirustas. **poenam**; no "castigo", sino "indemnización".

II. His confectis rebus conventibusque peractis, in citeriorem Galliam revertitur atque inde ad exercitum proficiscitur. Eo cum venisset, circumitis omnibus hibernis singulari militum studio in summa omnium rerum inopia circiter quinquaginta eius generis, cuius supra demonstravimus, naves et longas duodetriginta invenit instructas neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possint. Conlaudatis militibus atque iis, qui negotio praefuerant, quid fieri velit ostendit atque omnes ad portum Itium convenire iubet, quo ex portu commodissimum in Britanniam traiectum esse cognoverat, circiter milium passuum triginta a continenti: huic rei quod satis esse visum est militum relinquit.



Construcción de una nave

Ipse cum legionibus expeditis quattuor et equitibus octingentis in fines Treverorum proficiscitur, quod hi neque ad concilia veniebant neque imperio parebant Germanosque Transrhenanos sollicitare dicebantur.

III. Haec civitas longe plurimum totius Galliae equitatu valet magnasque habet copias peditum Rhenumque, ut supra demonstravimus,

---

II. **circumitis ... hibernis**; *circumire* significa aquí "inspeccionar", "recorrer inspeccionando"; se dice de los que "hacen la ronda". **in ... inopia**; quizá no llegaron los suministros de España, o resultaron insuficientes. **eius generis**; las de transporte, descritas antes. **cuius**; en genit. por atracción del antecedente; entiéndase: *eius generis, quod supra demonstravimus*. **instructas**; entiéndase *armamentis*. **ab eo, quin** = *ab eo, ut;* pero la expresión *non multum abest* suele llevar un complemento con *quin*. **deduci**: "botarse", véase la nota al c. anterior, *ad celeritatem*. **possint**; este presente, en lugar del imperf. *possent*, demuestra (por la correlación de los tiempos) que *invenit* es presente y no perfecto. **Conlaudatis**; César poseía como nadie el arte de captarse los ánimos con palabras amables dichas en un momento oportuno. **quid fieri velit ostendit**: "dió las necesarias disposiciones". **portum Itium**; probablemente la actual Wissant. **huic rei**: "a este fin"; para que la concentración pudiera hacerse sin peligro de ser atacada.

Treverorum; pueblo de la Galia Bélgica, de origen germánico, que habitaba en el curso inferior del Mosela, hoy Luxemburgo y parte de Renania. **concilia**; asambleas generales de los pueblos galos que César convocaba cada año; la no comparecencia de los tréveros era un indicio de rebeldía.

III. **longe**; reforzando el superlat. *plurimum;* puede trad. "con mucho" o "sin comparación". **equitatu**; ablat. de relación; la caballería era, en la mayoría de los pueblos galos, la parte mejor de sus ejércitos. **Rhenum ... tangit**; la intervención de las belicosas tribus germánicas en los asuntos de la Galia era causa de perturbaciones constantes,


Dios galo

tangit. In ea civitate duo de principatu inter se contendebant, Indutiomarus et Cingetorix; ex quibus alter, simul atque de Caesaris legionumque adventu cognitum est, ad eum venit, se suosque omnes in officio futuros neque ab amicitia populi Romani defecturos confirmavit quaeque in Treveris gererentur ostendit.

At Indutiomarus equitatum peditatumque cogere iisque, qui per aetatem in armis esse non poterant, in silvam Arduennam abditis, quae ingenti magnitudine per medios fines Treverorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet, bellum parare instituit. Sed postea quam non nulli principes ex ea civitate et auctoritate Cingetorigis adducti et adventu nostri exercitus perterriti ad Caesarem venerunt et de suis privatis rebus ab eo petere coeperunt, quoniam civitati consulere non possent, veritus, ne ab omnibus desereretur, legatos ad Caesarem mittit: Sese idcirco ab suis discedere atque ad eum venire noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur; itaque civitatem in sua potestate esse, seque,

---

y uno de los motivos que hicieron necesaria la conquista de la Galia por los romanos; los tréveros eran más peligrosos por esto, porque estaban en contacto directo con los germanos. **de principatu... contendebant**; "se disputaban la primacía". César supo explotar las disensiones interiores de los pueblos galos para reducirlos a su voluntad. **alter**: el segundo. **in officio futuros**: "se mantendrían en su deber", o sea, le guardarían lealtad. **quae... gererentur**; los acontecimientos y situación interior de los tréveros.

in armis esse: "llevar las armas". **in silvam Arduennam**; los bosques de las Ardenas; los tréveros no tenían ciudades fortificadas, y en caso de guerra se refugiaban en los bosques. **ingenti magnitudine**; ablat. de cualidad referido a *quae*. **fines**: "territorio". **Remorum**; los remos, pueblo que habitaba al N. del Marne; su capital era la actual Reims. **quoniam... non possent**; justificando *de suis privatis rebus ab eo petere coeperunt;* ya que no podían remediar la situación de su país, procuraban salvar por lo menos sus intereses particulares. **veritus ne**; recuérdese: *vereri ne*, "temer que"; *vereri ut*, "temer que no". **Sese**; el contenido de la embajada está expuesto en estilo indirecto, dependiendo de un verbo de "decir" sobreentendido; puede entenderse: *legatos misit qui dicerent.* **quo facilius**; se usa *quo* en lugar de *ut* cuando la orac. final lleva un comparativo. **discessu**; ablat. temporal y causal a la vez. **laberetur**: "se desmandase". **eius fidei permissurum**: "depositar en sus manos".

si Caesar permitteret, ad eum in castra venturum et suas civitatisque fortunas eius fidei permissurum.

IV. Caesar etsi intellegebat, qua de causa ea dicerentur quaeque eum res ab instituto consilio deterreret, tamen, ne aestatem in Treveris consumere cogeretur omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis, Indutiomarum ad se cum ducentis obsidibus venire iussit. His adductis, in iis filio propinquisque eius omnibus, quos nominatim evocaverat, consolatus Indutiomarum hortatusque est, uti in officio maneret; nihilo tamen setius principibus Treverorum ad se convocatis hos singillatim Cingetorigi conciliavit, quod cum merito eius ab se fieri intellegebat, tum magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum valere, cuius tam egregiam in se voluntatem perspexisset. Id factum graviter tulit Indutiomarus et qui iam ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit.

Defección de Dumnórix

V. His rebus constitutis Caesar ad portum Itium cum legionibus pervenit. Ibi cognoscit sexaginta naves, quae in Meldis factae erant, tempestate reiectas cursum tenere non potuisse atque eodem, unde erant profectae, revertisse; reliquas paratas ad navigandum atque om-

---

IV. **qua de causa ea dicerentur**; César comprendía que el objeto de estas manifestaciones de Induciomaro era excusar su conducta anterior y ocultar sus verdaderas intenciones. **ab instituto consilio**; su primitiva intención de levantarse en armas contra los romanos. **nominatim**; los rehenes solían escogerse entre los próximos allegados de los notables de la ciudad; César había exigido unos determinados rehenes, citándolos nominalmente. **consolatus... est**; "tranquilizó". **principibus**; notables del partido de Induciomaro. Nótese que el sujeto de este ablat. absoluto es al mismo tiempo compl. directo del verbo principal (*hos*, o sea *principes, conciliavit*); caso raro. **quod**; relativo, sujeto de *fieri;* el antecedente es la oración anterior. **merito eius fieri**: "ser debido a sus méritos". **magni interesse**: "importar mucho". **cuius**; antecedente, *eius*. **tulit**; *graviter ferre*, "llevar muy a mal".

V. **His rebus**; los asuntos de los tréveros. **cum legionibus**; las cuatro legiones con que se había dirigido contra los tréveros; las demás ya estaban concentradas en *portus Itius*. **cursum tenere**: "mantener el rumbo". **erant profectae**; a pesar de estar incluída en una orac. de infin., esta relativa va en indicativo por ser una observación incidental que hace el escritor, independientemente del estilo indirecto; por la misma razón antes dice *factae erant*. **numero**; ablat. de limitación; nótese que no influye en el caso de *milia*, el cual es una aposición a *equitatus*. **perpaucos**: "muy pocos"; nótese el valor del prefijo *per-;* a pesar de que la Galia estaba oficialmente sometida, muy pocos entre sus jefes eran merecedores de la confianza de César. **perspexerat**: "había experimentado". **loco**: "como", en calidad de". **cum ipse abesset**; trad. por "durante" y un subst.

nibus rebus instructas invenit. Eodem equitatus totius Galliae convenit, numero milia quattuor, principesque ex omnibus civitatibus; ex quibus perpaucos, quorum in se fidem perspexerat, reliquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreverat, quod, cum ipse abesset, motum Galliae verebatur.

VI. Erat una cum ceteris Dumnorix Haeduus, de quo ante a nobis dictum est. Hunc secum habere in primis constituerat, quod eum cupidum rerum novarum, cupidum imperii, magni animi, magnae inter Gallos auctoritatis cognoverat. Accedebat huc, quod in concilio Haeduorum Dumnorix dixerat sibi a Caesare regnum civitatis deferri; quod dictum Haedui graviter ferebant, neque recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant. Id factum ex suis hospitibus Caesar cognoverat. Ille omnibus primo precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quod insuetus navigandi mare timeret, partim quod religionibus impediri sese diceret.

Postea quam id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi adempta principes Galliae sollicitare, sevocare singulos hortarique coepit, ut in continenti remanerent: non sine causa fieri, ut Gallia omni nobilitate spoliaretur; id esse consilium Caesaris, ut, quos in conspectu Galliae interficere vereretur, hos omnes in Britanniam traductos necaret; fidem reliquis interponere, ius iurandum poscere, ut, quod esse ex usu Galliae intellexissent, communi consilio administrarent. Haec a compluribus ad Caesarem deferebantur.

VI. **ceteris**; entiéndase *principibus.* **Haeduus**; los heduos eran uno de los pueblos más poderosos de la Galia; habitaban entre el Loire y el Saona; su capital era Bibracte, hoy Autun. **ante**; adverbio. **in primis**: "principalmente". **cupidum ... cupidum ... magni...magnae**; repetición de un mismo término para dar más energía a la frase (anáfora). **magni...auctoritatis**; genit. de descripción, en función predicativa con respecto a *eum.* **huc**: "a esto". **graviter ferebant**; véase c. IV, *graviter tulit* y nota. Los heduos estaban gobernados por una aristocracia poderosa, celosa de sus prerrogativas y enemiga de la realeza. **neque**; con valor adversativo: *neque tamen.* **Id factum** = *id factum esse.* **primo**; primero acudió a los ruegos. **quod...timeret**; el subj. indica que éste era un pretexto alegado por Dumnórix. **religionibus**: "escrúpulos religiosos". **diceret**; nótese como el subj. de estilo indirecto ha pasado al verbo de "decir" que lógicamente debería ir en indicativo; la expresión normal sería: *quod ... impediretur.*

Postea quam; en vista de la inutilidad de sus súplicas. **sollicitare**: "excitar"; depende de *coepit.* **spoliaretur**; llevándose a la nobleza gala casi en masa a Britania, César dejaba a las Galia". **communi consilio**: "de común **interponere, poscere**; infin. históricos, reflejando la vehemente impaciencia de los requerimientos de Dumnórix. *Fidem interponere* es empeñar su palabra para que los demás le empeñen a su vez. **ex usu Galliae**; "conveniente al bien de la Galias despojadas de su mejor defensa. acuerdo". **a compluribus**; de los mismos príncipes; César sigue sacando partido de las rivalidades y desavenencias de los galos.

VII. Qua re cognita Caesar, quod tantum civitati Haeduae dignitatis tribuebat, coercendum atque deterrendum, quibuscumque rebus posset, Dumnorigem statuebat et quod longius eius amentiam progredi videbat, prospiciendum, ne quid sibi ac rei publicae nocere posset. Itaque dies circiter quinque et viginti in eo loco commoratus, quod Chorus ventus navigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit, dabat operam, ut in officio Dumnorigem contineret, nihilo tamen setius omnia eius consilia cognosceret; tandem idoneam nactus tempestatem milites equitesque conscendere naves iubet.

At omnium animis impeditis Dumnorix cum equitibus Haeduorum a castris insciente Caesare domum discedere coepit. Qua re nuntiata Caesar intermissa profectione atque omnibus rebus postpositis magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit retrahique imperat; si vim faciat neque pareat, interfici iubet, nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus, qui praesentis imperium neglexisset. Ille autem revocatus resistere ac se manu defendere suorumque fidem implorare coepit saepe clamitans liberum se liberaeque civitatis esse. Illi, ut erat imperatum, circumsistunt hominem atque interficiunt; at equites Haedui ad Caesarem omnes revertuntur.

César pasa el canal y desembarca en Bretaña

VIII. His rebus gestis Labieno in continenti cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut portus tueretur et rei frumenta-


---

VII. **Qua re**; las intrigas de Dumnórix. **dignitatis**: "consideración", dependiendo de *tantum*. **longius**: "cada vez más lejos". **ne quid**; después de *ne, si, num* y otras partículas, se usa el indefinido simple *quis* en lugar de *aliquis*. **sibi** = *Caesari*. **commoratus**; con valor de part. de pres.: "mientras estaba detenido". **Chorus ventus**; viento del NO. **temporis** = *anni*. **nihilo tamen setius**: "sin dejar por ello de", con infinit. **tempestatem**: "tiempo", "condiciones atmosféricas".

impeditis = *occupatis; animis:* "la atención". **intermissa**; *intermittere:* "suspender". **postpositis**; *postponere:* "posponer", "dejar de lado". **retrahi**; súplase *eum*. **pro sano**: "como un hombre juicioso"; búsquese en castellano una expresión equivalente, p. e., "no haría nada a derechas". **qui... neglexisset**; con matiz causal: *ut qui*, "como era de esperar en uno que...". **praesentis**; o sea *Caesaris*. **manu**; "espada en mano". **Illi** = *equites*. **omnes**; predicativo de *equites;* indicando que el séquito de Dumnórix no ha intentado resistir y no ha habido bajas entre los enviados por César.

VIII. **Labieno**; Tito Labieno, el más capaz de los lugartenientes de César. **rei frumentariae**: "el aprovisionamiento". **pro tempore et pro re**: "según el tiempo y las circunstancias". Nótese como se definen las tres misiones encargadas a Labieno: 1.ª, proteger las líneas de comunicación (*ut... tueretur et... provideret*); 2.ª, vigilar la Galia (*quaeque... cognosceret*); 3.ª, acudir a cualquier contingencia *(consilium cape-*

riae provideret quaeque in Gallia gererentur cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse cum quinque legionibus et pari numero equitum, quem in continenti relinquebat, ad solis occasum naves solvit. Et leni Africo provectus media circiter nocte vento intermisso cursum non tenuit et longius delatus aestu orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit. Tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut eam partem insulae caperet, qua optimum esse egressum superiore aestate cognoverat. Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibusque navigiis nom intermisso remigandi labore longarum navium cursum adaequaverint.



Nave mercante

Accessum est ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore, neque in eo loco hostis est visus; sed, ut postea Caesar ex captivis cognovit, cum magnae manus eo convenissent, multitudine navium perterritae, quae cum annotinis privatisque, quas sui quisque commodi causa fecerat, amplius octingentis uno erant visae tempore, a litore discesserant ac se in superiora loca abdiderant.

---

ret). **pari numero, quem** = *eodem numero quem.* **naves solvit**; se ha fijado la fecha de partida de César hacia el 21 de julio. **Africo**; viento del SO. **vento intermisso**; ablat. absoluto con valor causal. **cursum non tenuit**: "perdió el rumbo", véase c. V, *cursum tenere non potuisse.* **longius**; hacia el NE. **aestu**; la corriente producida por el flujo de la marea. **aestus commutationem**; el reflujo de la marea. **qua**; adverbio. **egressum**: "facilidad para el desembarco". **laudanda**; el gerundivo equivale a veces a un adj. en *-bilis: laudabilis.* **vectoriis...navigiis**: "naves de transporte", ablat. instrumental; *gravibusque:* "y además muy cargadas".

neque: "sin que". **est visus**; pasiva de *video* en su sentido propio; es sabido que *videor* significa generalmente "parecer". **ut... cognovit**: "como supo...". **annotinis**: "las del año anterior", o sea las naves viejas. **privatis**; embarcaciones de los oficiales y de los traficantes que iban siempre a la zaga de los ejércitos. Se esperaba sacar grandes provechos materiales de la expedición a Britania, y un gran número de comerciantes y aventureros se había unido a los expedicionarios en naves fletadas particularmente. **quisque**; todos los mencionados en la nota anterior. **superiora loca**; las alturas del actual condado de Kent.

Primeras escaramuzas

IX. Caesar exposito exercitu et loco castris idoneo capto, ubi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiae consedissent, cohortibus decem ad mare relictis et equitibus trecentis, qui praesidio navibus essent, de tertia vigilia ad hostes contendit eo minus veritus navibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoras relinquebat. Ei praesidio navibusque Q. Atrium praefecit.

Ipse noctu progressus milia passuum circiter duodecim hostium copias conspicatus est. Illi equitatu atque essedis ad flumen progressi ex loco superiore nostros prohibere et proelium committere coeperunt. Repulsi ab equitatu se in silvas abdiderunt locum nacti egregie et natura et opere munitum, quem domestici belli, ut videbatur, causa iam ante praeparaverant; nam crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi. Ipsi ex silvis rari propugnabant nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant.

At milites legionis septimae, testudine facta et aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt eosque ex silvis expulerunt paucis vulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Caesar prosequi vetuit, et quod loci naturam ignorabat et quod magna parte diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

Una tempestad destruye parte de la escuadra

X. Postridie eius diei mane tripertito milites equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur. His aliquantum

---


IX. **exposito**; *exponere* (súplase *in terram*): "desembarcar tropas". **loco ... capto**; la primera preocupación de un ejército romano es siempre elegir una posición para acampar; en este caso debió tratarse de una altura junto a la costa, desde donde se pudiera defender el apostadero de las naves. **cohortibus decem**; diez cohortes forman una legión, pero César debió dejar diez cohortes elegidas entre las diversas legiones. **praesidio navibus**; doble dativo. **veritus**; part. pas. usado con valor de part. pres. **eo minus ... quod**: "temiendo menos... por dejarlas..." **molli**: "en suave pendiente". **aperto**: "libre de escollos".

conspicatus est: "llegó a la vista de". **flumen**; probablemente el Stour, que pasa por Canterbury. **prohibere**: "estorbar", entiéndase "el paso del río". **domestici belli**; no una guerra civil, sino una guerra entre las distintas tribus indígenas. **rari**; diseminados, en guerrillas. **propugnabant**; disparaban proyectiles desde sus posiciones dentro del bosque.

aggere...adiecto; levantaron un terraplén y lo prolongaron hasta los atrincheramientos para poder saltar por encima de ellos. **eos fugientes**: los enemigos, compl. directo de *prosequi*. **et quod ... et quod**: "así por...como por...".

X. **tripertito**; en tres partidas, compuesta cada una de un cierto número de infantes y jinetes. **extremi**; la reta-

itineris progressis, cum iam extremi essent in prospectu, equites a Q. Atrio ad Caesarem venerunt, qui nuntiarent superiore nocte maxima coorta tempestate prope omnes naves adflictas atque in litore eiectas esse, quod neque ancorae funesque sustinerent neque nautae guberna-



La expedición a Britania

toresque vim tempestatis pati possent; itaque ex eo concursu navium magnum esse incommodum acceptum.

XI. His rebus cognitis Caesar legiones equitatumque revocari atque in itinere resistere iubet, ipse ad naves revertitur; eadem fere, quae

guardia del enemigo en retirada. **qui nuntiarent**; relat. con valor final. **adflictas**: "maltratadas". **in litore**; aunque *eicere* es verbo de movimiento y por tanto requiere complemento de dirección, aquí *in* va con ablat. para indicar el estado en que habían quedado las naves. **concursu**: el choque de las naves unas con otras.

XI. **in itinere resistere**; limitarse a rechazar los ataques del enemigo. **sic ut**; indicando el resultado de la ins-

ex nuntiis cognoverat, coram perspicit, sic ut amissis circiter quadraginta navibus reliquae tamen refici posse magno negotio viderentur.

Itaque ex legionibus fabros deligi et ex continenti alios arcessi iubet; Labieno scribit, ut, quam plurimas possit, iis legionibus, quae sint apud eum, naves instituat. Ipse, etsi res erat multae operae ac laboris, tamen commodissimum esse statuit omnes naves subduci et cum castris una munitione coniungi. In his rebus circiter dies decem consumit ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. Subductis navibus castrisque egregie munitis easdem copias, quas ante, praesidio navibus relinquit, ipse eodem, unde redierat, proficiscitur.

Eo cum venisset, maiores iam undique in eum locum copiae Britannorum convenerant summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa Cassivellauno, cuius fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum octoginta. Huic superiore tempore cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant; sed nostro adventu permoti Britanni hunc toti bello imperioque praefecerant.

Descripción de la Gran Bretaña

XII. Britanniae pars interior ab iis incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt, maritima pars ab iis, qui praedae ac

---

pección de César y especificando el *magnum incommodum acceptum*. **magno negotio**: "aunque con gran trabajo".

fabros; los ingenieros y trabajadores no formaban cuerpos especiales, sino que, llegado el caso, se reclutaban de entre las filas de las legiones. **iis legionibus**; instrumental. **commodissimum**: "lo más conveniente". **subduci**; véase cap. 1, nota a *ad celeritatem onerandi subductionisque*. **ad laborem ... intermissis**; literal.: "no quedando desocupados", o sea, "no perdiéndose para el trabajo"; trad.: "sin cesar los soldados en su trabajo ni aun...". **ante**; adverbio.

maiores; predicativo, referido a *copiae*. **summa imperii**: "el mando supremo". **communi consilio**: "de común acuerdo". **milia passuum octoginta**; 80 millas, o sea 118 Km. **praefecerant**; los britanos olvidan, ante la invasión, sus rivalidades.

XII. **natos in insula**; indígenas, autóctonos. **memoria proditum**: "transmitido por la tradición". **quibus ... ex civitatibus**; el antecedente de *quibus* es *civitatum* y no *iis;* el giro equivale a *nominibus earum civitatum appellantur, ex quibus...*

consimilia; el prefijo *con-* es intensivo; "semejante casi *(fere)* enteramente". **taleis ferreis**: "lingotes de hierro". **pro nummo**: "en lugar de moneda". **plumbum album**; estaño; las minas de estaño de la Gran Bretaña eran famosas en la antigüedad y habían atraído ya a los mercaderes fenicios, cartagineses y griegos. **mediterraneis**: "del interior". **fas non putant**; *fas* es lo per-

belli inferendi causa ex Belgio transierunt (qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt) et bello inlato ibi remanserunt atque agros colere coeperunt.

Hominum est infinita multitudo creberrimaque aedificia fere Gallicis consimilia, pecoris numerus ingens. Utuntur aut aere aut nummo aureo aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum, sed eius exigua est copia; aere utuntur importato. Materia cuiusque generis ut in Gallia est praeter fagum atque abietem. Leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi voluptatisque causa. Loca sunt temperatiora quam in Gallia remissioribus frigoribus.

XIII. Insula natura triquetra, cuius unum latus est contra Galliam. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere omnes ex Gallia naves adpelluntur, ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter milia passuum quingenta.

Alterum vergit ad Hispaniam atque occidentem solem; qua ex parte est Hibernia insula, dimidio minor, ut existimatur, quam Britannia, sed pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam. In hoc medio cursu est insula, quae appellatur Mona; complures praeterea minores subiectae insulae existimantur, de quibus insulis non nulli scripserunt dies continuos triginta sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percontationibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris bre-

---

mitido por la ley divina; las religiones primitivas abundan en prohibiciones de este tipo. **animi voluptatisque causa:** "para su diversión y recreo". **loca:** "el clima".


XIII. **natura;** ablat.: "de figura". **contra:** "frente". **ad Cantium:** "del lado de..."; *Cantium* es el actual condado de Kent. **ex Gallia naves:** "las naves procedentes de...". **tenet:** "mide".

Alterum; entiéndase *latus.* **ad Hispaniam;** error procedente de la defectuosa concepción que los antiguos tenían del occidente europeo; inclinaban demasiado la Gran Bretaña hacia el NO., y hacían subir demasiado hacia el N. la costa septentrional de España; según esta concepción, los Pirineos corrían de N. a S. y España estaba situada hacia el O. de la Galia. **Hibernia:** Irlanda. **dimidio:** ablat. de medida. **transmissus;** genit. dependiendo de *spatio.* **pari. .atque;** *atque* se usa como conjunción comparativa después de adj. o adv. expresando semejanza o desemejanza. **cursu:** "trayecto". **Mona:** la isla de Man. **subiectae:** vecinas. **sub bruma:** en el solsticio de invierno. **esse noctem;** aunque César se refiere a las Hébridas y Orcadas, el hecho no es exacto; pero demuestra que han llegado a sus oídos noticias confusas sobre la noche polar. **de eo:** "sobre este hecho". **percontationibus:** "por investigación personal", opuesto a *quidam scripserunt.* **certis ex aqua mensuris;** después de medidas determinadas por medio del reloj de agua o *clepsydra.*

obiecta: "situada enfrente". **eius angulus lateris;** el ángulo formado por este lado con la costa que mira a la Galia.

viores esse quam in continenti noctes videbamus. Huius est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, septingentorum milium.

Tertium est contra septentriones; cui parti nulla est obiecta terra, sed eius angulus lateris maxime ad Germaniam spectat. Hoc milia pas-



El Occidente europeo según la concepción de César

suum octingenta in longitudinem esse existimatur. Ita omnis insula est in circuitu vicies centum milium passuum.

XIV. Ex his omnibus longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horribiliores sunt in pugna aspectu; capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius.

XIV. **longe**; reforzando el superl. *humanissimi*. **humanissimi**: "los más civilizados". **Cantium**: Kent. **plerique**; limitando *interiores*. **vitro**: g u a l d a, planta de la que se saca un tinte azul oscuro. **hoc**; causal. **capillo ... promisso**; ablat. descriptivo.

Ataque de los Britanos

XV. Equites hostium essedariique acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, ita tamen, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint atque eos in silvas collesque compulerint; sed compluribus interfectis cupidius insecuti non nullos ex suis amiserunt.

At illi intermisso spatio imprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum subito se ex silvis eiecerunt impetuque in eos facto, qui erant in statione pro castris conlocati, acriter pugnaverunt, duabusque missis subsidio cohortibus a Caesare atque his primis legionum duarum, cum eae perexiguo intermisso loci spatio inter se constitissent, novo genere pugnae perterritis nostris per medios audacissime perruperunt seque inde incolumes receperunt. Eo die Q. Laberius Durus, tribunus militum, interficitur. Illi plurimis submissis cohortibus repelluntur.

XVI. Toto hoc in genere pugnae, cum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur, intellectum est nostros propter gravitatem armorum, quod neque insequi cedentes possent neque ab signis discedere auderent, minus aptos esse ad huius generis hostem, equites autem


---

XV. **proelio**; instrumental; **conflixerunt**; después de la pausa de diez días impuesta por el accidente sufrido por las naves, las tropas británicas contraatacan con mayor ímpetu bajo el mando único de Casivelauno. **omnibus partibus**; "en todos los aspectos". **interfectis**; de los britanos. **cupidius**: "con demasiada codicia". **amiserunt**; los romanos.

intermisso spatio; entiéndase *temporis*, "pasado un tiempo". **imprudentibus**: "descuidados". **qui erant in statione... conlocati**: "que montaban la guardia". **subsidio**; dativo de finalidad. **atque his primis**; *atque* añade una explicación a *cohortibus*, encareciendo el concepto: "y por cierto las primeras..."; la primera cohorte de una legión estaba formada por tropas escogidas. **per medios**; por el intervalo dejado entre las dos cohortes. **perruperunt**; entiéndase *hostes*. **Illi**: *hostes*. **submissis** = = *subsidio missis;* de los detalles de este combate se deduce que los romanos sufrieron pérdidas considerables.

XVI. **intellectum est**: "se echó de ver". **nostros**: los soldados legionarios; después se habla de los jinetes. **neque auderent**; los legionarios estaban acostumbrados a luchar en formación cerrada; para combatir a los *essedarii*, en cambio, convenía abrir la formación con objeto de atacar a los carros de flanco o por detrás. **proelio dimicare**; trad. por una sola palabra. **consulto**: "adrede". **nostros**; súplase *equites;* la táctica consistía en atraer a la caballería lejos de las legiones y atacarla de improviso. **dispari proelio**; un combate entre caballería e infantería se considera desfavorable para aquélla. **ratio**: "la táctica". **et cedentibus et insequentibus**; la situación para los jinetes era igualmente comprometida si intentaban replegarse *(cedentibus)* como si insistían en la persecución *(insequentibus)*. **conferti**: "en líneas cerradas". **rari**; véase c. IX. **proeliarentur**: *hostes*. **stationes**: cuerpos de reserva. **dispositas**: escalonadas. **integri**: tropas intactas. **recentes**: tropas frescas.

magno cum periculo proelio dimicare, propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent et, cum paulum ab legionibus nostros removissent, ex essedis desilirent et pedibus dispari proelio contenderent. Equestris autem proelii ratio et cedentibus et insequentibus par atque idem periculum inferebat. Accedebat huc, ut numquam conferti, sed



Carro de guerra

rari magnisque intervallis proeliarentur stationesque dispositas haberent atque alios alii deinceps exciperent integrique et recentes defatigatis succederent.

Los romanos rechazan a los indígenas

XVII. Postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt rarique se ostendere et lenius quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt. Sed meridie, cum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt, sic uti ab signis legionibusque non absisterent.

XVII. **lenius**: "más flojamente", lo contrario de *acriter*. **pabulandi causa**: "a forrajear". **non absisterent**; los forrajeadores se refugiaron junto a las legiones, pero los britanos les persiguieron hasta allí, sin alejarse de aquéllas. **reppulerunt**; súplase *eos*. **quoad**: "hasta tanto que". **cum... viderent**; explicando *subsidio confisi;* la caballería sin el apoyo de las legiones no se atrevía a atacar a los *essedarii* por las razones expuestas en el c. XVI. **praecipites... egerunt**: "los pusieron en precipitada fuga". **sui colligendi**: *se colligere*, "rehacerse". **facultatem dederunt**: "no les dieron lugar a". **Ex**; temporal y causal a la vez. **summis... copiis**: "con todas sus fuerzas reunidas".

Nostri acriter in eos impetu facto reppulerunt neque finem sequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, cum post se legiones viderent, praecipites hostes egerunt magnoque eorum numero interfecto neque sui colligendi neque consistendi aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus quae undique convenerant auxilia discesserunt, neque post id tempus umquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.

Expedición contra Casivelauno

XVIII. Caesar cognito consilio eorum ad flumen Tamesim in fines Cassivellauni exercitum duxit; quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc aegre, transiri potest. Eo cum venisset, animadvertit ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis sudibus praefixis munita, eiusdemque generis sub aqua defixae sudes flumine tegebantur.

His rebus cognitis a perfugis captivisque Caesar praemisso equitatu confestim legiones subsequi iussit. Sed ea celeritate atque eo impetu milites ierunt, cum capite solo ex aqua exstarent, ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent ripasque dimitterent ac se fugae mandarent.

XIX. Cassivellaunus, ut supra demonstravimus, omni deposita spe contentionis, dimissis amplioribus copiis, milibus circiter quattuor es-

---

XVIII. **consilio**; Casivelauno, después de su derrota, decidió no presentar batalla campal, sino hostigar con guerrillas a los romanos y alargar la guerra; por esta razón licenció los *auxilia* que de todas partes le habían venido. **atque**; añade una circunstancia agravante; compárese con c. XV, *atque his primis*. **hoc**; súplase **loco**. **praefixis**: plantadas ante la orilla; **defixae**: hundidas en el lecho del río; nótese el valor de los prefijos *prae-* y *de-*.

a ... captivis; por las declaraciones de los prisioneros. **Sed**; indicando oposición entre las aparentes dificultades de la empresa y la rapidez con que los romanos decidieron la situación. **capite solo**; ablat. de limitación.

XIX. **supra**; c. XVII. **contentionis**; de poder luchar con probabilidades de éxito en una batalla campal (*summis copiis*, dice en el c. XVII). **amplioribus copiis**: "la mayor parte de sus tropas". **relictis** = *retentis* o *remanere iussis*. **servabat**; el simple en lugar del compuesto *observabat*. **locis ... regionibus**; la prep. *in* suele omitirse ante *locus*, *regio* y otros análogos, cuando van acompañados de adjetivo. **quibus**; ablat. de lugar por donde. **liberius**; únase con *effuderat;* aquí tiene el sentido de *audacius* o *minus caute*. **se effuderat**; *se effundere* o *effundi* es dispersarse, andar suelto, sin guardar orden ni formación. **Relinquebatur ut**: "no quedaba sino". **discendi**; infin. con valor impersonal; entiéndase *discedere equites*. **labore atque in itinere**; lo que permitía su fatiga y las necesidades de la marcha. Los legionarios, fatigados

sedariorum relictis, itinera nostra servabat paulumque ex via excedebat locisque impeditis ac silvestribus se occultabat atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora atque homines ex agris in silvas compellebat et, cum equitatus noster liberius praedandi vastandique causa se in agros effuderat, omnibus viis semitisque essedarios ex silvis emittebat et magno cum periculo nostrorum equitum cum his confligebat atque hoc metu latius vagari prohibebat. Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur et tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque in itinere legionarii milites efficere poterant.



Emperador romano recibiendo la sumisión de un pueblo vencido.

Sumisión de los trinovantes

XX. Interim Trinovantes, prope firmissima earum regionum civitas, ex qua Mandubracius adulescens Caesaris fidem secutus ad eum in continentem venerat, — cuius pater in esa civitate regnum obtinuerat interfectusque erat a Cassivellauno, ipse fuga mortem vitaverat, — legatos ad Caesarem mittunt pollicenturque sese ei dedituros atque imperata facturos; petunt, ut Mandubracium ab iniuria Cassivellauni defendat atque in civitatem mittat, qui praesit imperiumque obtineat. His Caesar imperat obsides quadraginta frumentumque exer-

---


por una marcha penosa, debían además apoyar a la caballería, limitando, por tanto, los movimientos de ésta.

XX. **earum regionum**; la Britania del SE., que Casivelauno había unificado. **Caesaris fidem secutus**: "poniéndose bajo la protección de César". **continentem**; adjetivo substantivado. **obtinuerat**; *regnum obtinere*, "ocupar el trono". **ipse**: Mandubracio. **defendat**; por medio de una escolta que le acompañe hasta su reino y le proteja contra los ataques de Casivelauno. **qui . . . obtineat**; relat. final. **imperata**; part. substantivado. **ad numerum**: en el número fijado. En este capítulo se ve otro ejemplo de cómo utilizaba César las rivalidades interiores de los pueblos que quería someter.

citui Mandubraciumque ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt, obsides ad numerum frumentumque miserunt.

Derrota y rendición de Casivelauno

XXI. Trinovantibus defensis atque ab omni militum iniuria prohibitis Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Cassi legationibus missis sese Caesari dedunt. Ab his cognoscit non longe ex eo loco oppidum Cassivellauni abesse silvis paludibusque munitum, quo satis magnus hominum pecorisque numerus convenerit. Oppidum autem Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo incursionis hostium vitandae causa convenire consuerunt.



Operación de cargar una nave

Eo proficiscitur cum legionibus: locum reperit egregie natura atque opere munitum; tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit. Hostes paulisper morati militum nostrorum impetum non tulerunt seseque alia ex parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecoris repertus multique in fuga sunt comprehensi atque interfecti.

XXII. Dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus quattuor

---

XXI. **defensis:** contra Casivelauno. **prohibitis;** mientras César marchó por territorio hostil, procuró inferir el mayor daño posible al enemigo con saqueos y devastaciones; pero al entrar en territorio de los trinovantes prohibió a sus hombres el entregarse al pillaje. **Cenimagni;** todos estos pueblos estaban establecidos en las proximidades del Támesis. **oppidum Cassivellauni;** situado quizá en el actual St. Albans o quizá cerca de Londres. **autem:** "ahora bien". **consuerunt;** recuérdese que *consuevi* tiene sentido de presente.

munitum; predicado. **repertus;** súplase *est.*

XXII. **ad:** "junto a". **uti**=*ut.*

eruptione... Lugotorige; resuélvanse todos o alguno de estos ablat. absolutos en oraciones independientes. **Sous incolumes reduxerunt;** volvieron al campo sin pérdida alguna. **permotus;** ¿por qué este partic. no da lugar a un ablat. absoluto como los anteriores? **de deditione:** "para tratar de...".

propter repentinos Galliae motus; no por levantamientos que se hubieran producido, sino por lo repentinos que eran cuando se producían. **aestatis;** en César *aestas* no significa propiamente "verano", sino "época propia para las operaciones militares", que naturalmente coincide en general con el verano. **id;** o sea *non multum aestatis.* **extrahi:** perderse en dilaciones; César temía que si continuaban las hostilidades con Casivelauno, éste consiguiera llegar al invierno sin dar ninguna batalla decisiva. **vectigalis;** genit. partitivo dependiendo de ***quid.***

reges praeerant, Cingetorix, Carvilius, Taximagulus, Segovax, nuntios mittit atque his imperat, uti coactis omnibus copiis castra navalia de improviso adoriantur atque oppugnent.

Hi cum ad castra venissent, nostri eruptione facta multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Lugotorige suos incolumes reduxerunt. Cassivellaunus hoc proelio nuntiato, tot detrimentis acceptis, vastatis finibus, maxime etiam permotus defectione civitatum, legatos per Atrebatem Commium de deditione ad Caesarem mittit.

Caesar, cum constituisset hiemare in continenti propter repentinos Galliae motus neque multum aestatis superesset atque id facile extrahi posse intellegeret, obsides imperat et quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia penderet constituit; interdicit atque imperat Cassivellauno, ne Mandubracio neu Trinovantibus noceat.

César regresa a la Galia

XXIII. Obsidibus acceptis exercitum reducit ad mare, naves invenit refectas. His deductis, quod et captivorum magnum numerum habebat et non nullae tempestate deperierant naves, duobus commeatibus exercitum reportare instituit. Ac sic accidit, uti ex tanto navium numero tot navigationibus neque hoc neque superiore anno nulla omnino navis, quae milites portaret, desideraretur, at ex iis, quae inanes ex continenti ad eum remitterentur prioris commeatus expositis militibus et quas postea Labienus faciendas curaverat numero sexaginta, perpaucae locum caperent, reliquae fere omnes reicerentur.

Quas cum aliquamdiu Caesar frustra exspectasset, ne anni tempore a navigatione excluderetur, quod aequinoctium suberat, necessario angustius milites conlocavit ac summa tranquillitate consecuta, secunda cum solvisset vigilia, prima luce terram attigit omnesque incolumes naves perduxit

---


XXIII. **deductis**; véase nota a c. I. *ad celeritatem...* **deperierant**: "se habían perdido"; *deperire* sirve de pasiva a *deperdere*. **commeatibus**: "convoyes". **tot navigationibus**; con sentido concesivo. **superiore anno**; en la primera expedición a Britania. **prioris commeatus**; referido a *iis*. **faciendas**; véase c. I, nota a *aedificandas*. **numero**; véase c. V, nota. **locum caperent**, *locum capere*, hablando de naves: "llegar a su destino".

anni tempore: "la estación". **aequinoctium**: el equinoccio de otoño, el 26 de septiembre. **necessario**; referido a *collocavit:* "se vió precisado a".

M. Tulio Cicerón

PRIMERA CATILINARIA

I. [1] Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet, quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis — quem nostrum ignorare arbitraris?



Marco Tulio Cicerón

[2] O tempora, o mores! Senatus haec intellegit, consul videt: hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unumquemque no-

---

I. 1. **Quousque tandem;** el discurso empieza *ex abrupto* sin exordio ni preparación alguna; la indignación ante el cinismo de Catilina se desborda en frases rápidas; *tandem* es frecuente en las preguntas apasionadas. **patientia nostra;** es decir, del Senado y en particular de los cónsules. **etiam;** con valor temporal, reforzando *quam diu:* "por cuánto tiempo todavía..." **furor;** es el desarreglo mental producido por una inmoderada ambición; aquí en el sentido de "furor político", espíritu de sedición y rebeldía. **eludet:** ¿hasta cuándo seremos juguete de tu furor? **quem ad finem** = *quo usque*. **nocturnum praesidium Palatii;** Cicerón había hecho ocupar militarmente el Palatino. **urbis vi-**

strum: nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos omnes iam diu marchinaris. [3] An vero vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Spurium Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coërcerent. Habemus senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave; non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, consules desumus.

II. [4] Decrevit quondam senatus, uti L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet: nox nulla intercessit — inter-

---

giliae; las rondas que por orden del cónsul recorrían incesantemente la ciudad. **munitissimus... locus**; el templo de Júpiter Stator, donde se celebraba esta sesión del Senado. **habendi senatus**; *senatum habere*, expresión consagrada, "reunir el Senado". **ora voltusque**; la amenazadora actitud de los presentes. **constrictam.. teneri**; Cicerón con sus medidas policíacas había tendido una red en la que quedó presa *(constrictam)* la maquinación de Catilina y expuesta al conocimiento *(scientia)* de todos. **quid proxima**; en las dos noches anteriores Catilina había preparado su salida para unirse con las tropas revolucionarias y tramado el atentado contra Cicerón.

2. **O tempora, o mores!** exclamación que se hizo proverbial. **immo vero etiam**: "¿qué digo, vive? más que eso..." **publici consilii**; del Senado. **fortes viri**; irónico. **pestem**: "perdición, ruina".

3. **an vero**; Cicerón compara la situación presente con la del año 133, cuando Escipión Nasica, que no estaba revestido de ningún cargo público (el pontificado no era una magistratura), dió muerte a Tiberio Graco que perturbaba la república con sus proyectos de reforma agraria. **mediocriter**; la reforma de Graco no suponía la destrucción del Estado. **labefactantem**; participio de pres. con sentido de conato (= *labefactare conantem*). **orbem terrae**; exageración retórica; *orbis terrae* (o mejor, *orbis terrarum*) designa con frecuencia el imperio romano. **C. Servilius Ahala**; el año 439, el rico caballero Spurio Melio adquirió una gran popularidad con sus larguezas; habiéndose hecho sospechoso de aspirar por estos medios a un poder personal *(regnum adpetere* o *novis rebus studere)*, fué citado por C. Servilio, a la sazón *magister equitum* del dictador L. Quincio Cincinnato, para que se justificase; ante su negativa, Servilio le dió muerte. **novis rebus studentem**; expresión consagrada por "conspirar contra la constitución del estado". **Fuit, fuit**; perf. indicando que la acción o estado cesó ya; "existió, pero ya no existe". **ut... coercerent**; explicativo de *virtus*. **huius ordinis**; del Senado. **desumus**; entiéndase *rei publicae;* el Senado ha cumplido ya con su deber; los cónsules son los que vienen faltando al suyo.

II. 4. **L. Opimius**; cónsul en 121, anegó en sangre los intentos de reforma de Cayo Graco. **videret... caperet**; fórmula del *senatus consultum ultimum,* por el que el Senado daba plenos poderes a los cónsules. **clarissimo... maioribus**; ablativos de cualidad; puede traducirse por una aposición: "hijo, nieto,

fectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus, occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa res publica; num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est? At vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim eius modi senatus consultum, verum inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri: sed iam me ipse inertiae nequitiaeque condemno.


[5] Castra sunt in Italia contra populum Romanum in Etruriae faucibus collocata, crescit in dies singulos hostium numerus: eorum

---

bisnieto de hombres esclarecidos", o, acentuando el valor concesivo, "sin que le valiese la fama de su padre, abuelo y mayores". **M. Fulvius**; M. Fulvio Flaco, amigo de Graco y con él jefe del partido democrático. **C. Mario et L. Valerio consulibus**; dat. dependiendo de *est permissa.* **est permissa res publica:** "se confió la salvaguarda del Estado". En las perturbaciones promovidas el año 100 por el tribuno Apuleyo Saturnino y el pretor Servilio Glaucia, el Senado dictó un *S. C. ultimum,* encargando a los cónsules la defensa del Estado. La represión terminó con la muerte de Saturnino y Glaucia. **mors ac poena:** la muerte como legítimo castigo. **rei publicae**; genitivo subjetivo: castigo impuesto por el Estado. **remorata est**; *aliquem remorari,* "entretener a uno, hacerle aguardar. **auctoritatis**; *auctoritas* se usa aquí como sinónimo de *senatus consultum.* El Senado ha puesto en manos de los cónsules un arma cuyo filo se va embotando a medida que el tiempo pasa. **enim**; justificando *hebescere.* **in tabulis**; diríamos: sólo sobre el papel. **in vagina**; sigue la imagen comparando el *senatus consultum* a una espada. **quo ex senatus consulto**; repetición del antecedente en la or. de relativo. **interfectum esse**; con inf. perf. recalcando que la acción debía haberse hecho ya. **Cupio... cupio**; repetición retórica que suple la falta de una conjunción adversativa; "quiero... pero también quiero". **dissolutum** = *neglegentem.* **ipse**: "soy yo el primero en...". **inertiae nequitiaeque**; acumulación de sinónimos; genit. de culpa con un "verbo judicial".

5. **in Etruriae faucibus**; a las puertas de Etruria (en Faesulae) y, por tanto, cerca del Lacio; concretando y agravando *in Italia.* **in dies singulos**; "cada día que pasa"; más fuerte que *cotidie.* **atque adeo**; intensivo: "más todavía". **iam**; "ahora". **iussero... erit... mihi**; recuérdese que en los períodos hipotéticos referidos al futuro, la oración adicional suele llevar fut. perf. **credo**; la intercalación de *credo, opinor,* en una frase subraya su valor irónico. **ne non ... dicat**; recuérdese: *vereor ne dicant:* "temo que digan"; *vereor ne non dicant:* "temo que no digan"; como la frase es irónica, equivale a *non vereor ne non dicant,* "estoy seguro que los buenos dirán". **boni**; expresión corriente en Cicerón refiriéndose a los miembros del partido conservador, los partidarios del Senado; los enemigos de éste son llamados *improbi, perditi, seditiosi.* **serius... crudelius**; compar. de intensidad: "excesivamente...". **dicat**; concertando con el sujeto más próximo. **tui similis**;

autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu videtis intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iam



Noble romano llevando las imágenes de antepasados suyos. Derecho característico de la nobleza romana era el de tener en el atrio de su casa y ostentar públicamente en determinadas ocasiones, las imágenes de sus antepasados que habían desempeñado magistraturas importantes. En la primera mitad del siglo I a. de J. C. esta nobleza detentaba de hecho el monopolio del gobierno. El acceso a los cargos políticos era muy difícil para cualquiera que no pudiese invocar la existencia en su familia de antepasados ilustres. Así a Cicerón le costó mucho vencer la hostilidad de la nobleza, que le miraba como un advenedizo, a pesar de sus relevantes servicios y su devoción a la constitución tradicional.

pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiere, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur. [6] Quam diu quisquam erit qui te defendere audeat, vives — et vives ita, ut vivis, multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

III. Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios nec privata domus parietibus

---

similis se construye con genit. o dativo. **iure factum esse;** correspondiéndose con el *crudelius factum esse dicat* de más arriba.

6. **quisquam** = *ullus*, subrayando el valor indefinido: "uno, sea quien sea". **vives — et vives;** *et* no es intensivo sino correctivo, = *sed*. **etiam;** con valor temporal referido al futuro, y contrapuesto a *adhuc*: "seguirán espiándote". **non sentientem:** "sin que te des cuenta".

III. quid est... quod: "qué es lo que"; trad. simplemente por "qué". **iam:** "todavía". **parietibus continere:** "ocul-

contininere voces coniurationis potest, si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiorum. Teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas.

[7] Meministine me a. d. XII. Kal. Novembres dicere in senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset a. d. VI. Kal. Novembres, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu caedem te optimatium contulisse in a. d. V. Kal. Novembres, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitiari potes te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum nostra tamen, qui remansissemus, caede contentum te esse dicebas? [8] Quid? cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occu-


---

tar, guarecer dentro de sus paredes". **coniurationis** = *coniuratorum;* abstracto en lugar del concreto. **istam mentem**: "los sentimientos que te animan". *Iste* en los discursos se refiere normalmente al adversario. **Teneris** = *deprehensus es,* "estás acorralado". **licet recognoscas** = *recognosce mecum, si placet;* imperativo atenuado; *recognoscere:* "llamar a la memoria, recordar uno a uno".

7. **Meministine** = *nonne meministi.* **a. d. XII. Kal.**; el 21 de octubre, cuando en el Senado Cicerón reveló lo que había averiguado de los planes de Catilina. **qui dies**; repetición del antecedente. **futurus esset**; las orac. relat. explicativas que en el estilo directo irían en futuro, en el indirecto se expresan por una perífrasis con *sum* y part. fut. **C. Manlium**; sujeto de *fore.* Había sido centurión en el ejército y había obtenido tierras en Faesulae, donde vivía como colono. **fefellit**; con dos sujetos: *res* y *dies;* pero con el primero: "¿acaso escapó a mi vigilancia", con el segundo: "¿acaso me engañé en...?" **Dixi ego idem**: "dije asimismo". **caedem... contulisse**: "haber fijado la matanza". **in a. d. V. Kal.**; el 28 de octubre, al día siguiente del levantamiento en Faesulae. **profugerunt**; Cicerón justifica de un modo curioso la conducta de los optimates que huyeron de Roma ante el peligro: al ausentarse, no podían ser asesinados, quedando así defraudados los planes de Catilina. **cum dicebas**; *cum* introduce una nueva circunstancia unida muy laxamente al pensamiento principal, y sin que esté subordinada a éste; puede traducirse por "y en esta situación". **discessu ceterorum**; el abl. de subst. verbales como *discessus, adventus, fuga,* etc., puede usarse para suplir la falta del part. pasado activo: "aunque hubieran huído los demás". **nostra... qui**; el antecedente de *qui* es el *nos* sobreentendido en *nostra*: "con matarnos a nosotros, que...".

8. **Quid?** reclamando la atención sobre lo que se va a decir. **Praeneste**; ciudad del Lacio, a 40 Km. de Roma, hoy Palestina. **praesidiis, custodiis, vigiliis**; acumulación de sinónimos, característica de Cicerón; *praesidia,* tropas de custodia y guarnición; *custodiae,* puestos de guardia; *vigiliae,* centinelas y rondas nocturnas. **Nihil agis**; nótese la acumulación de sinónimos en gradación ascendente, *agis, moliris, cogitas; audiam, videam, sentiam.* **quod non ego non**; el primer *non* se refiere a todo

paturum nocturno impetu esse confideres, sensistine illam coloniam meo iussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non ego non modo audiam sed etiam videam planeque sentiam.



Magistrados y patricios romanos

IV. Recognosce mecum tandem noctem illam superiorem: iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter falcarios — non agam obscure — in M. Laecae domum; convenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? quid taces? convincam, si negas; video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum una fuerunt.

[9] O di immortales! ubinam gentium sumus? quam rem publicam


---

lo que sigue (nada haces que yo no o i g a, etc.); el segundo introduce la fórmula *non modo ... sed etiam.*

IV. Recognosce; el imperativo se usa frecuentemente en lugar de una oración condicional. **noctem superiorem;** la del 6 al 7 de noviembre. **dico:** "afirmo". **priore nocte;** es decir, anterior a la pasada. **inter falcarios:** "en la calle de los falcarios" (fabricantes de hoces). **non agam obscure:** "hablaré sin rebozo"; el orador gradúa calculadamente sus revelaciones; indica primero sólo la calle, después, superando sus escrúpulos, concreta la casa. **M. Laecae;** personaje oscuro, pero senador, partícipe del complot. **amentia;** sinónimo de *furor.* **quid taces?** hay que suponer una pausa entre esta interrogación y la anterior. **hic in senatu?** había varios senadores complicados en la conjuración.

9. ubinam gentium sumus? genitivo partitivo dependiendo de un adverbio de lugar "¿en qué país estamos?" **quam** =

habemus? in qua urbe vivimus? Hic, hic sunt in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent. Hos ego video consul et de re publica sententiam rogo, et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce



Procesión de caballeros romanos

volnero. Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina, distribuisti partes Italiae, statuisti, quo quemque proficisci placeret, delegisti, quos Romae relinqueres, quos tecum educeres, discripsisti urbis partes ad incendia; confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi

---

= *qualem*. **rem publicam**: "gobierno". **sanctissimo**; epíteto consagrado del Senado, tanto por la inviolabilidad que le dan las leyes y la proteccion divina, como por la pureza de costumbres que se supone condición previa para entrar en él. **gravissimo**; *gravitas* era la cualidad romana por excelencia y el Senado el exponente más alto de las virtudes romanas. **nostro omnium** = *omnium nostrum*, el adjetivo concierta con el pron. pers. sobreentendido en el posesivo. **atque adeo**; intensivo como en § 5. **cogitent**; subj. consecutivo. **ego... consul**: "yo, el cónsul". **de re publica sententiam rogo**; abrir un debate sobre la situación política se decía *de re publica referre;* a la *relatio* o informe del cónsul seguía el debate propiamente dicho, *sententias rogare*. **nondum**: "todavía no", es decir, "por ahora no", con amenazadora reticencia. **igitur**; indicando que se reanuda el apóstrofe a Catilina, terminado el intermedio dirigido a los senadores. **partes Italiae**; el cometido particular de cada conjurado; **placeret**; en el sentido de "decidir", sinónimo de *statuere;* en la trad. puede suprimirse uno de los verbos, v. gr. "determinaste dónde debía ir cada uno". **quod ego viverem**: "porque aun vivía yo".

esse etiam nunc morae, quod ego viverem: reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent et se illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lecto interfecturos esse pollicerentur. [10] Haec ego omnia, vixdum etiam coetu vestro dimisso, comperi; domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi; exclusi eos, quos tu ad me salutatum mane miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram.

V. Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti, egredere aliquando ex urbe; patent portae: proficiscere. Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos; si minus, quam plurimos; purga urbem: magno me metu liberabis, modo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam.

[11] Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc tam taetram, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus: non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei

---

10. **etiam**; temporal (como en § 1): "aún"; trad.: "aún no se había dispersado la reunión". **comperi**: "averigüé", por delación de unos conjurados. **salutatum**; era costumbre establecida en Roma la de visitar al amanecer a los personajes importantes *(salutatio antelucana)*; este uso, derivado de los tiempos patriarcales en que el *pater familias* estaba, a primeras horas de la mañana, a disposición de sus colonos y clientes para dar instrucciones y solucionar conflictos, en la época de Cicerón se había convertido en una fórmula de cortesía, pero a la que se daba mucha importancia. **illi ipsi**: "precisamente aquéllos". **id temporis** = *eo tempore*, acusat. adverbial. **multis... praedixeram**; Cicerón había dado a conocer las noticias que tenía sobre el proyectado atentado a varios senadores, invitándoles a su casa como testigos.

V. **Quae cum ita sint**: "en consecuencia". **perge quo coepisti**; entiéndase *quo coepisti pergere*, aludiendo a los hechos revelados más adelante, § 24. **aliquando** = *tandem aliquando*. **nimium diu**: "ya por demasiado tiempo." **si minus**; entiéndase: *educ omnes tuos, si fieri potest; si non omnes, at tamen quam plurimos*. **purga urbem**: "limpia la ciudad", expresión análoga a la de § 12, *exhaurietur... sentina;* es lugar común en los oradores del partido aristocrático tratar a la plebe ínfima de "cloaca de la ciudad". **modo**: "con tal que". **versari**: "estar", "habitar". **non ... sinam**; acumulación de sinónimos en gradación creciente de sentido.

11. **atque... Iovi**: "y en especial a..."; el orador se vuelve a la imagen del dios. **pestem**; debe entenderse referido personalmente a Catilina. **in uno homine** = = *in te uno;* no se puede tolerar que la seguridad del Estado dependa por más tiempo del capricho de uno solo. **consuli designato**; "cónsul electo", es decir, en el período comprendido entre la elección de Cicerón como cónsul y su entrada efectiva en el cargo. **privata diligentia**: "con mi propia cautela". **proximis comitiis**; en los comicios para elegir los cónsules del año siguiente. **in campo**; en el campo de Marte, donde se reunían los comicios centuriatos. **nullo tumultu... concitato**; sin tomar ninguna medida extraordinaria; *tumultus* es el estado de guerra que se declara cuando la patria está en peligro, para tomar las medidas pertinentes a su de-

publicae. Quam diu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio sed privata diligentia defendi; cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis, nullo tumultu publice concitato; denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam.

[12] Nunc iam aperte rem publicam universam petis; templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam totam ad exitium et vastitatem vocas. Quare quoniam id quod est primum, et quod huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo, faciam id quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae. [13] Quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe iubet consul hostem. Interrogas me, num in exsilium? Non iubeo, sed si me consulis, suadeo.

IV. Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui non oderit. Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? Quod privatarum rerum dedecus non

---

fensa. **denique**: "en una palabra", resumiendo lo anterior. **per me** = *privata diligentia,* de más arriba.

12. **rem publicam... petis**; opuesto a *quotienscumque me petisti*. **ad exitium... vocas**: "llamas la ruina y la devastación sobre...". **quod est primum**: "lo que hubiera debido ser primero". La alusión se aclara más abajo: *si te interfici iussero.* **huius imperii... proprium**: "deber de mi cargo". **disciplinae maiorum**: "autorizado por la práctica de nuestros mayores", aludiendo a los precedentes enumerados en §§ 3 y 4. **ad severitatem lenius**: "más suave desde el punto de vista de la severidad"; es decir, tomaré una determinación menos severa y más útil al bien común. **sentina rei publicae**; dicho de la hez de la población; véase § 10, *purga urbem,* nota.

13. **faciebas**; imperf. de conato = *facere volebas.* **consul hostem**; contraposición destinada a aumentar la solemnidad del mandato. **non iubeo sed... suadeo**; al declararle *hostis,* el cónsul podía condenarle a muerte, pero no al destierro; por ello Cicerón esquiva la pregunta capciosa.

VI. **iam**; "todavía". **coniurationem**; abstracto con valor concreto: "fuera de la turba de perdidos, conjurados contigo". **nota... inusta**; lit.: "marca infamante, grabada al fuego"; imagen sacada del castigo consistente en marcar al fuego a ciertos delincuentes, esp. esclavos fugitivos. **privatarum rerum dedecus**: "infamia en tus negocios privados". **libido**: "torpe apetito". **facinus**: "maldad". **flagitium**: "deshonor". **ferrum... facem praetulisti**; *facem praeferre* significa ir delante con una antorcha para alumbrar el camino; el uso de *praeferre* con *ferrum* es menos adecuado, pero aquí debe entenderse "ofrecer un arma", "armar la mano".

haeret in fama? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore afuit? Cui tu adulescentulo, quem corruptelarum illecebris inretisses, non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem praetulisti? [14] Quid vero? nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulavisti? Quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes proximis Idibus tibi impendere senties: ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.


[15] Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum neminem qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias Lepido et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo, manum

---

14. **Quid vero?** anunciando que se van a concretar las acusaciones. **morte**; se culpaba a Catilina de la muerte de su primera esposa y Cicerón se hace eco de esta sospecha, aunque cautamente dice *morte*, no *nece*. **novis nuptiis**; dativo dependiendo de *vacuefecisses*. Al matar a su esposa, Catilina "dejó libre" la casa para un nuevo matrimonio. **novo scelere**; se le acusaba también de haber muerto al hijo de sus primeras nupcias. **facile patior sileri**: "de buen grado consiento que quede ignorado". **facinoris immanitas**; genit. explicativo, puede trad. por un adj.: "un crimen tan monstruoso". **ruinas fortunarum**; aludiendo a las deudas contraídas para hacer frente a los gastos electorales, y que el fracaso en los comicios imposibilitaba saldar. **proximis Idibus**; en las idus los prestamistas intimaban el reembolso de los capitales prestados; el senado consulto del 22 de octubre había de impedir que los acreedores de Catilina se mostrasen indulgentes en las próximas idus (que caían a los cinco días de pronunciado este discurso). **quae non ad... turpitudinem**; cerrando el capítulo de reproches privados y pasando a su conducta política. **summam rem publicam**: "el alto interés del Estado".

15. **aut**; en lugar de *et*, por ser la frase negativa. **huius caeli spiritus**: "este aire que respiras". **horum neminem... Ianuarias**; el último día del año 66 Catilina reunió sus bandas en el foro para la mañana siguiente empezar la matanza; pero las medidas preventivas del Senado hicieron fracasar su proyecto, que fué aplazado para el 5 de febrero. **comitium**; lugar del foro donde antiguamente se celebraban los comicios. **cum telo**: "en armas". **manum... paravisse**: "haber preparado una cuadrilla" con vistas al atentado proyectado para el 5 de febrero. **sceleri ac furori**; "a tu furor impío". **non mentem aliquam**: "no algún resto de juicio". **aliquam... tuum**; referidos los dos tanto a *mentem* como a *timorem*. **neque... postea** = *nam et nota sunt et multa alia commissa postea*. **quotiens**; revelando lo que dice querer callar. **petitiones**: "golpes", término de la lengua de los gladiadores. **coniectas**: "dirigidos". **parva quadam declinatione**: "hurtando el cuerpo", expresión de la lengua de los gladiadores. **et corpore**; explicando y reforzando *declinatione*, "y sólo con un movimiento del cuerpo", sin estar armado; otra expresión técnica, como demuestra *ut aiunt*. **nihil agis**; "nada consigues", sinónimo de *nihil adsequeris*.

consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto — neque enim sunt aut obscura aut non multa commissa postea —: quotiens tu me designatum, quotiens vero consulem interficere conatus es! Quot ego tuas petitiones ita coniectas ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi! Nihil agis, nihil adsequeris, neque tamen conari ac velle desistis. [16] Quotiens tibi iam extorta est ista sica de manibus, quotiens excidit casu aliquo et elapsa est! quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere.



Aquilifer

VII. Nunc vero quae tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum: quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumelam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt, quo tandem animo tibi ferendum putas?

---

16. **excidit**; entiéndase de *manibus*. **quibus initiata sacris**: "en qué sagrados misterios está iniciada" o "con qué misteriosa iniciación la has consagrado". En este sibilino pasaje Cicerón alude sin duda a los rumores según los cuales los conjurados habían apurado en común una copa de sangre humana, en prenda de fidelidad. **quod**; en esta clase de orac. significa "para explicar el hecho de que". Sentido: debes haber hecho con él (el puñal) un voto muy solemne, que juzgues necesario clavarle en el cuerpo de un cónsul.

VII. Nunc vero; después de todo lo sucedido; dicho con aire de conmiseración. **odio**: "rencor". **quo debeo** = *quo permotus esse debeo*. **debeo ... debetur**; el mismo verbo usado con distinto matiz de sentido: *odio ... quo debeo*, "odio que debo sentir hacia ti"; *misericordia, quae nulla tibi debetur*, "compasión de la que no eres digno". **quae ... nulla debetur**; más expresivo que *non debetur*. **vocis ... contumeliam**: "¿aguardas a que las palabras formulen la tremenda condena con que te abruma este silencio?" **Quid, quod**; introduciendo un argumento más fuerte todavía; literal.: "qué piensas de este hecho, que...". **quod ... reliquerunt**: aunque de un modo laxo, estas frases forman el sujeto de *feren-*

[17] Servi mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium quam infestis omnium oculis conspici mallem: tu cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque volneras, eorum aspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui neque eos ratione ulla placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes; nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iam diu nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neque auctoritatem verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces? [18] Quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo tacita loquitur: 'Nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te, nullum


---

dum. **ista subsellia**; los escaños inmediatos al tuyo; *subsellium* es propiamente un banco sin respaldo. **consulares**; los excónsules formaban la clase más elevada de los senadores. **tibi... constituti fuerunt**;dativo agente con un verbo en pasiva. **inanem**; sinónimo de *nudam,* pero más fuerte.

17. **isto pacto** = *isto modo.* **omnes cives tui**: "todos tus conciudadanos", opuesto a *servi mei.* **tu... arbitraris?** = *tu urbem relinquendam non arbitraris?*, contraponiendo *urbem* a *domum.* **offensum**: "detestado, odiado". **conscientia**; abl. de causa. **iustum**; opuesto a *iniuria* de más arriba; *iustum* y *debitum* son predicativos de *odium:* puesto que la conciencia de tus crímenes te hace reconocer como justo y ya de largo tiempo debido el odio general que inspiras. **mentes sensusque**: "ideas y sentimientos. **ratione ulla**: "de ningún modo". **aliquo**: "a cualquier sitio". **nunc**; marca el paso a la realidad, después de un caso supuesto. **nihil... cogitare** = *iudicat te iam nihil (aliud facere) nisi cogitare de parricidio suo.* **parricidio suo**; pues la patria es *parens;* el posesivo equivale a un genit. objetivo: "atentado contra ella". Según Salustio (*Cat.* XXXI) al intentar Catilina contestar a la invectiva de Cicerón, los senadores estallaron en improperios, llamándole *hostis* y *parricida.* **iudicium sequere**: "¿no obedecerás su sentencia?

18. **Quae... loquitur**; ejemplo de prosopopeya, figura retórica por la que se hace hablar a una persona imaginaria. **tacita loquitur**; yuxtaposición de dos conceptos antitéticos; *quodam modo,* "por decirlo así", atenúa la osadía de la expresión. **neces**; aludiendo a los asesinatos cometidos por él durante las proscripciones de Sila. **vexatio... sociorum**; aludiendo a los abusos cometidos en el gobierno de su provincia. **fuit**; en sing. concertando con el sujeto más próximo. **quaestiones**; las *quaestiones perpetuae,* comisiones permanentes para investigar sobre ciertos delitos; Catilina había escapado a dos, la *quaestio repetundarum,* que entendía en las exacciones contra los provinciales, y la *quaestio inter sicarios,* que instruía causas por asesinato. **ad evertendas... valuisti**: "fuiste capaz de hollarlas y destruirlas". **me totam**; la república entera, en antítesis con *unum te.* **quidquid increpuerit**: "al menor ruido". **nullum... iniri**: "que nada se pueda intentar contra mí". **a tuo scelere abhorreat**: "que no proceda de tu maldad"; como más arriba, *nullum flagitium sine te.* **verus**: "fundado"; *falsus:* "inmotivado".

flagitium sine te; tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera; tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen ut potui tuli: nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quidquid increpuerit Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quam ob rem discede atque hunc mihi timorem eripe: si est verus, ne opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam'.



Tropas en un puerto

VIII. [19] Haec si tecum ut dixi patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid, quod tu te in custodiam dedisti, quod vitandae suspicionis causa ad M'. Lepidum te habitare velle dixisti? A quo non receptus etiam ad me venire ausus es atque ut domi meae te adservarem rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod isdem moenibus contineremur, ad Q. Metellum praetorem venisti; a quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, M. Metellum demigrasti: quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentissimum et ad suspicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum

---

VIII. 19. **Haec**; referido tanto a *loquatur* como a *impetrare.* **si... loquatur**; pres. de subj. expresando una hipótesis irreal referida al futuro; "si te hablara". **Quid, quod**; "y qué quiere decir esto de que...". Cicerón va a convertir en argumento de su acusación lo que Catilina alega como indicio de inocencia. **in custodiam**; para escapar a las consecuencias del senadoconsulto y a las amenazas de que era objeto, Catilina intentó acogerse a una *custodia libera,* especie de arresto preventivo en el domicilio de una persona prestigiosa. **me... contineremur**; palabras en estilo indirecto, dependiendo del verbo *respondere* entendido en *responsum;* la respuesta está anunciada por *id.* **isdem parietibus**; instrumental con *tuto* (adverbio) *esse;* simétrico con *isdem moenibus.* **Q. Metellum**; Quinto Metelo Céler, cónsul en 60. **M. Metellum**; amigo de Verres y Catilina, y como tal de muy mala reputación. De aquí la ironía mordaz de todo el pasaje. **videlicet**: "sin duda", subrayando la ironía. **ad custodiendum... firmissimum**; nótese la simetría de las expresiones, típica del estilo de Cicerón, realzada por la consonancia de las terminaciones. **ad vindicandum fortissimum**: "el más enérgico para reprimir tus proyectos".

custodia iudicarit? [20] Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras et vitam istam, multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugae solitudinique mandare?

'Refer' inquis 'ad senatum'; id enim postulas et, si hic ordo placere sibi decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus, et tamen faciam ut intellegas quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam metu, in exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?

[21] At si hoc idem huic adulescenti optimo P. Sestio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc in templo se-

---

20. **Quae cum ita sint**: "siendo esto así". **si emori... non potes**: "si te falta el valor para darte la muerte". **in aliquas terras**; el indef. da el matiz de "una tierra cualquiera", tan lejos como quieras. **Refer... ad senatum**: "proponlo al Senado". En efecto, Cicerón no tenía medio legal de desterrar a Catilina, y al marcharse éste de Roma, tuvo que justificarse ante el pueblo en la II Catilinaria. **inquis**: "dices tú". Cic. se adelanta a la réplica de Catilina o tal vez contesta a una interrupción real de éste. **placere**; término técnico usado en los senadoconsultos: *decernere sibi placere:* "declararse por (en favor de) algo". **Non referam**: "no haré yo una propuesta incompatible con mis principios". Cicerón no quería que el Senado tomara ninguna medida contra Catilina antes de haber hecho evidente su culpabilidad; hubiera sido anticonstitucional y, por tanto, contrario a las ideas de Cicerón. **proficiscere**; después de esta palabra, el orador hace una pausa, para que Catilina pueda observar la reacción de los senadores. **Quid est?**: "¿qué?", preparando las interrogaciones siguientes. **ecquid**; usado adverbialmente, como simple partícula interrogativa. **patiuntur**: "lo consienten" (que yo hable así); contrapuesto a *vim et manus intulisset* de más adelante. **Quid... perspicis**: ¿por qué aguardas a que con una sentencia expresa afirmen la voluntad que callando te demuestran? *Auctoritas* es aquí la manifestación externa de la voluntad, contrapuesta a *voluntas*, deseo íntimo.

21. **adulescenti**; la *adulescentia* comprendía, para los romanos, de los 17 a los 40 años. Sextio tenía, por lo menos, 31 años. **consuli... templo**; encareciendo: a pesar de mi autoridad y de la santidad del lugar. **cum quiescunt, probant**; "consintiéndolo, lo decretan; callando, lo proclaman". **videlicet**; indica con frecuencia ironía, como en § 19. **auctoritas... cara**; puesto que afirmas *te obtemperaturum esse si hic ordo placere sibi decreverit te ire in exsilium;* la antítesis entre *cara* y *vilissima* se funda en que el primero, además de "querida" significa "cara, valiosa"; el segundo, además de "despreciable", significa "barata". **illi equites**; señalando a los caballeros apostados a las puertas del templo. Los caballeros romanos, que habían constituído la fuerza principal del partido de Mario en su lucha contra la oligarquía aristocrática, se pusieron en esta ocasión unánimemente al lado de Cicerón. **paulo ante**; al entrar en el Senado. **Quorum**; referido a *eosdem.* **haec**; la ciudad y el imperio. **prosequantur**; *prosequi* es acompañar en cortejo; los desterrados eran despedidos a las puertas de la ciudad por el cortejo de sus amigos que habían acudido a acompañarles y escoltarles; la expresión es, por tanto, irónica.

natus iure optimo vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent, clamant; neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam, ut te haec quae vastare iam pridem studes relinquentem usque ad portas prosequantur.

IX. [22] Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut umquam te colligas? tu ut ullam fugam meditere? tu ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint! Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est tanti, dummodo ista sit privata calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor umquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revocarit.

[23] Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exsilium:

IX. 22. **Quamquam;** uso correctivo de *quamquam,* introduciendo una limitación a lo dicho: "Pero, ¿qué estoy diciendo?" **ut...frangat?** El uso de *ut* en las preguntas "polémicas" con acento indignado, es propio de la lengua hablada: "¿a ti, que algo te haga mella?". **duint;** forma arcaica que se conserva en *si(e)m, velim, edim;* su uso aquí se debe a su conservación en las fórmulas de juramentos e imprecaciones: *di te perduint.* **animum induxeris;** similar por su forma a *animum advertere,* se construye siempre con inf. **invidiae:** "odio"; ya desde el primer momento Cicerón prevé las consecuencias que puede acarrearle su celo en defender la seguridad pública. **in posteritatem** = = *in posterum tempus.* No es inverosímil que este pasaje haya sido añadido en el momento de publicar el discurso, cuando Cicerón estaba ya pagando las consecuencias de su conducta. **Sed est tanti:** "poco me importa", literal., "merece la pena" (entiéndase *mihi hanc invidiam subire*). **ut...commoveare;** expresión parecida a la de más arriba, *te ut ulla res frangat?,* pero sin elipsis. **temporibus...cedas:** "que cedas a las necesidades de la república". **is es** = = *talis es; is* anunciando la consecutiva *ut...revocarit.* **ut...revocarit;** nótese la distribución en tres miembros, correspondiéndose exactamente con los tres de la frase anterior: *vitiis - pudor, poenas - metus, temporibus rei publicae - ratio.*

23. **mihi inimico, ut praedicas:** "y si quieres concitar los odios contra mí, que según dices, soy tu enemigo personal". **recta;** abl. fem. de *rectus,* usado adverbialmente (entiéndase *via*): "derecho". **servire meae laudi:** "si quieres contribuir a mi gloria", justificado unas líneas más abajo: *ut a me... esse videaris.* **latrocinium:** "guerra de ban-

vix feram sermones hominum, si id feceris; vix molem istius invidiae, si in exsilium iussu consulis ieris, sustinebo. Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concita perditos cives, secerne te a bonis. infer patriae bellum, exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos sed invitatus ad tuos esse videaris. [24] Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati, cui sciam pactam et constitutam cum Manlio diem, a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut illa carere diutius possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti?

X. [25] Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat; neque enim tibi haec res adfert dolorem sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna verum etiam spe derelictis conflatam improborum manum. [26] Hic tu qua laetitia perfrue-

---

didos, bandidaje"; *impium,* porque va contra la patria; *pietas* es el respeto y amor que se debe a los padres; por extensión se dice de la patria y los dioses.

24. **Quamquam**; vid. 22, nota. **esse praemissos**; la noche anterior; vid. las revelaciones hechas en §§ 8, 9. **Forum Aurelium**; localidad de la Etruria, situada a la extremidad de la Vía Aurelia. **cui**; dat. agente. **pactam... diem**; en el sentido de "fecha o plazo señalado para algo", *dies* es siempre femenino. **aquilam**; Catilina guardaba un águila (enseña de la legión) que Mario había usado en la guerra contra los cimbrios. **sacrarium**; las águilas de las legiones eran objeto de una especie de culto y en los campamentos se clavaban ante el *praetorium* o tienda del general, en una especie de capilla. **sciam esse praemissam**; correspondiéndose con *sciam esse praemissos* de más arriba. **ut... possis**; vid. § 22, *ut... frangat?*, nota. **ad caedem**; según Salustio, Catilina y sus compañeros cometían asesinatos aun sin propósito interesado, sólo para mantener entrenados los brazos y el ánimo.

X. 25. **Ibis tandem aliquando**: "irás al fin, un día u otro"; es decir, estoy convencido de que te marcharás de todos modos. **haec res**; el abandonar Roma para encender la guerra civil. **quandam incredibilem voluptatem**: "una satisfacción del todo incomprensible"; *quidam* unido a adjetivos puede tener sentido o de encarecimiento "completamente, del todo", o de restricción, "casi, poco más o menos". **voluntas**: "tu inclinación". **fortuna servavit**; alusión a los procesos que sufrió, de los que salió siempre libre. **bellum... nefarium**; no sólo la paz carece de atractivo para ti, sino también la guerra si no es impía. **perditis**; vid. § 5, *boni,* nota.

26. **Hic**: "aquí", o sea, en compañía de estos desalmados. **quanta... bacchabere**: "a qué transportes te entregarás"; *bacchari* es propiamente ser presa del delirio báquico; *in quanta voluptate* está tratado como un compl. de lugar; algo así como "en qué regocijo te re-

re, quibus gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! Ad huius vitae studium meditati illi sunt qui feruntur labores tui, iacere humi non solum ad obsidendum stuprum verum etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties. [27] Tantum profeci cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius temptare quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur.

XIII. **ita**: de la misma manera", en correlación con *sicut.* **orator ... transfuga**; predicados referidos a *ego;* véase página 56, nota a *oratore.* **cum... manserit**; causal: "puesto que", "ya que". **si periculum ... referentibus**; literal.: "si hay peligro para los que dicen la verdad", si es peligroso decir la verdad. **pro vetusto hospitio**: "en consideración a..."; dando la razón de su venida, puesto que antes ha dicho que no lo hacía ni como *orator* ni como *transfuga;* véase lo dicho más arriba, cap. XII, nota a *publice ... hospes.* **Vestra causa**; dicho con énfasis: "en interés vuestro y no de..."; el posesivo equivale a un genit., y por ello *vestra* puede ir coordinado a *ullius alterius;* como si dijera *causa vestri, non ullius alterius.* **alterius**; ya es sabido que el genit. de *alter* sirve también para *alius,* en lugar del poco usado *alīus;* aquí se alude a Aníbal. **quae loquor apud vos** = *ea loqui, quae,* etc. **vel**; rectificando la expresión anterior; el pensamiento es: si mis antiguas relaciones de hospitalidad con vosotros no bastan para garantizar la rectitud de mis intenciones, "por lo menos...". **ea fides sit**; *fides* de su sentido propio de "confianza", pasa aquí a significar "lo que inspira confianza", o sea, "prueba", "garantía"; *fides sit* es, pues, "sea para vosotros prueba", llevando una orac. de infin.: "que, lo que os digo, lo digo..." *(vestra causa ... loqui, quae loquor apud vos); ea* anuncia la oración explicativa *quod ... feci.* Debe, pues, construirse: *ea fides sit, me loqui (ea), quae loquor apud vos, vestra causa nec ullius alterius (causa), quod...* **restitistis ... sperastis**; los perfectos indican que la acción introducida por *dum* está ya terminada, o sea, que se ha desvanecido toda esperanza de poder resistir con las propias fuerzas o de recibir auxilio de Roma. **Postquam**: "desde que". **de-**

vacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Hannibalis nec transfuga ad vos veni; sed cum ille aut vestra aut sua culpa manserit apud hostem — sua, si metum simulavit, vestra, si periculum est apud vos vera referentibus —, ego, ne ignoraretis esse aliquas et salutis et pacis vobis condiciones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra autem causa me nec ullius alterius loqui, quae loquor apud vos, vel ea fides sit, quod neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis umquam apud vos mentionem feci. Postquam nec ab Romanis vobis ulla est spes nec vestra vos iam aut arma aut moenia satis defendunt, pacem adfero ad vos magis necessariam quam aequam. Cuius ita aliqua spes est, si eam, quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audietis et non id, quod amittitur, in damno, cum omnia victoris sint, sed quidquid relinquitur pro munere habituri estis.

Urbem vobis, quam ex magna parte dirutam, captam fere totam habet, adimit, agros relinquit locum adsignaturus, in quo novum oppidum aedificetis. Aurum et argentum omne, publicum privatumque, ad se iubet deferri; corpora vestra, coniugum ac liberorum vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis velitis ab Sagunto exire. Haec victor hostis imperat; haec, quamquam sunt gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, cum omnium potestas ei facta sit, aliquid ex his remissurum; sed vel haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra, rapi, trahique ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure sinatis."

---

fendunt: compl. directo, *vos*. **pacem**: condiciones de paz. **necessariam**: "inevitable". **Cuius**: *pacis*. **ita**: restrictivo, "con esta condición"; en correlación con *si*. **si eam**; entiéndase *pacem; constr.*: *si vos audietis eam ut victi, quem ad modum Hannibal fert eam ut victor;* es decir, si aceptáis vuestra condición de vencidos, del mismo modo que Aníbal se pone en la suya de vencedor. **id, quod amittitur**: lo que se os quita. **in damno**; con *habituri estis; habere aliquid in damno:* "considerar algo como una pérdida". **pro munere**; paralelo a *in damno:* "como una dádiva", justificado por *cum omnia victoris sint*. **adsignaturus**; trad. este part. fut. por "proponiéndose...". **corpora vestra**: "vuestras personas". **coniugum ac liberorum**; ampliando *vestra:* "vuestras personas y las de...". **inviolata**; o sea, que les garantiza la vida y la libertad; ni los matará, ni los maltratará, ni los venderá como esclavos. **cum binis vestimentis**; véase pág. 56, nota a *cum singulis vestimentis*. **omnium potestas ei facta sit**; *potestatem alicui facere alicuius rei:* "dar a uno el poder sobre algo", entregar algo a uno sin condiciones. **ex his**: de estas condiciones. **sed vel haec**; pero en el caso peor, "incluso" estas condiciones, sin atenuación... **belli iure**; referido a *trucidari, rapi, trahi*.

Fin de Sagunto

XIV. Ad haec audienda cum circumfusa paulatim multitudine permixtum senatui esset populi concilium, repente primores secessione facta, priusquam responsum daretur, argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum conlatum in ignem ad id raptim factum conicientes eodem plerique semet ipsi praecipitaverunt. Cum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat, perque ruinam eius cohors Poenorum impetu facto cum signum imperatori dedisset nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem, non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal, totis viribus adgressus urbem momento cepit signo dato, ut omnes puberes interficerentur. Quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est; cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum coniugibus ac liberis domos super se ipsos concremaverunt aut armati nullum ante finem pugnae quam morientes fecerunt?

XIV. **cum**; conjunción; construcción: *cum concilium populi permixtum esset senatui.* **populi concilium**; Livio imagina la constitución política de Sagunto como muy semejante a la romana: un *praetor,* jefe militar y presidente de la alta asamblea (desempeñando, por tanto, el papel de los cónsules); una asamblea aristocrática, *senatus,* y una asamblea popular, *populi concilium,* equivalente a los comicios del pueblo romano. La existencia de un senado aristocrático no es verosímil en los pueblos ibéricos, tan amantes de la libertad; a lo sumo tenían un consejo de padres de familia. Pero las ciudades de la costa mediterránea, muy civilizadas y helenizadas, es posible que tuvieran una organización semejante a la descrita aquí. **secessione facta**: "retirándose de la reunión". **responsum**; a las proposiciones de Alorco. **conlatum ... conicientes ... praecipitaverunt**; tres acciones sucesivas, expresadas las dos primeras por medio de participios; trad. como si dijera: *argentum ... in forum contulerunt et cum in ignem ... conicerent, eodem semet ipsi praecipitaverunt.* **ad id**; o sea, para destruir sus riquezas. **eodem**; adv.: al fuego. **plerique**; aposición a *primores.* La quema de las riquezas y el suicidio colectivo es un final típico de las ciudades ibéricas que sucumben después de defenderse hasta la desesperación. Los numantinos ofrecieron el mismo espectáculo a los romanos. **nudatam ... urbem**; orac. de infin. dependiendo de *cum cohors signum dedisset.* **stationibus custodiisque solitis**; *nudatam esse,* como verbo de "carencia", rige ablat.; véase pág. 50, nota a *custodias stationesque.* **in tali occasioni**; recuérdese que *talis* se refiere a cualidad (véase pág. 50, nota a *tantas*); aquí: "en una ocasión tan favorable". Como Alorco no era un emisario oficial de Aníbal, éste no estaba obligado a esperar el resultado de su gestión. **urbem**; dependiendo a la vez de *adgressus* y de *cepit.* **signo dato**: "habiendo dado la orden". **omnes puberes**; o sea, todos los hombres de edad militar. **crudele**; entiéndase *fuit.* **ceterum** = = *sed.* **necessarium**; predicado, **super se ipsos**: "sobre sus cabezas". **ante**; conjunción, con *fecerunt.*

XV. Captum oppidum est cum ingenti praeda. Quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant et in caedibus vix ullum discrimen aetatis ira fecerat et captivi militum praeda fuerant, tamen et ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniae redactum esse constat et multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem.

Publio Cornelio Escipión

(lib. XXVI)

XVIII. Inter haec Hispaniae populi nec qui post cladem acceptam defecerant redibant ad Romanos, nec ulli novi deficiebant. Et Romae

---

XV. **Captum ... praeda**; estas palabras demuestran que ni la ciudad fué del todo arrasada por el incendio, ni los saguntinos pudieron destruir todas sus riquezas; tampoco debieron morir todos, puesto que se habla de "prisioneros". **corrupta erant**: "habían sido destruídos". **discrimen**: "diferencia". **militum praeda**; los romanos acostumbraban a vender como esclavos a los prisioneros por cuenta del Estado, de manera que el dinero así obtenido pasaba a engrosar el botín. Aníbal, en cambio, dejó que los soldados vendieran en beneficio propio a los prisioneros de Sagunto.

XVIII. **Hispaniae populi**; durante las campañas de Aníbal en Italia, el procónsul P. Cornelio Escipión y su hermano Cayo combatieron en España contra Asdrúbal; después de varios años de luchas victoriosas fueron los dos derrotados y muertos, debido, sobre todo, a la defección de algunas tribus hispánicas. Tiberio Claudio Nerón parecía que iba a restablecer la situación, pero no supo aprovechar las victorias obtenidas. **post cladem acceptam**; después de los desastres sufridos por los dos Escipiones. **post receptam Capuam**; Capua, capital de la Campania, se había pasado a Aníbal, quien estableció en ella su cuartel general; después de un largo asedio fué reconquistada por los romanos. **placebat**; es el verbo usado para hablar de las resoluciones de una asamblea o de una autoridad; trad. por "querer". **Nec tam ... quam**: "era menos claro ... que la necesidad de..."; es decir, estaban más de acuerdo en creer necesario ... que en determinar a quién habían de enviar; *satis constat*: "está claro". **duo summi imperatores**; los dos Escipiones. **eo**; adverbio de lugar. **decursum est**: "se recurrió". **proconsuli creando**; dativo de finalidad. **in Hispaniam**: "para España". **nomina profiterentur**; la gente esperaba que en el espacio de tiempo comprendido entre el edicto de los cónsules y la reunión de los comicios se presentarían candidatos al cargo; presentarse candidato se decía *nomen profiteri*, o simplemente *profiteri*. **destituta**; como en la expresión *spem destituere*, "defraudar una esperanza". **desiderium**; "dolor por". **amissorum**; trad. por un subst. verbal. **tamen**; a pesar de no saber qué partido tomar. **in magistratus**; en una tribuna estaban los cónsules, rodeados por los demás magistrados y los miembros más conspicuos del Senado *(principes)*. **aliorum alios intuentitum**; los senadores y magistrados se miraban también los unos a los otros, esperando que alguien tomara una iniciativa. **professus se petere**: "declarando que aspiraba al cargo"; véase más arriba, *nomina profiterentur*. **omnium**; tanto los príncipes como el pueblo. **clamore ... ominati sunt**: "por los gritos *(clamore)* con que se manifestaba su entusiasmo *(favore)* pare-

senatui populoque post receptam Capuam non Italiae iam maior quam Hispaniae cura erat, et exercitum augeri et imperatorem mitti placebat. Nec tam, quem mitterent, satis constabat, quam illud, ubi duo




Escipión el Africano (235?-183 a. de J. C.) fué el gran general que puso fin a la segunda guerra púnica venciendo a Aníbal definitivamente en la batalla de Zama. A los 17 años salvó la vida de su padre, cónsul, en la batalla del Tesino. A los 24 fué nombrado propretor en España contra todas las prescripciones legales y sometió la península al poder romano, gracias tanto a sus victorias como a su habilidad política. Después de la victoria de Zama sobre Aníbal, su prestigio en Roma era tan grande, que se temió intentara establecer un régimen personal. Pero la república era en aquel tiempo demasiado fuerte para ello. Catón el Censor le obligó con sus ataques a retirarse de la política, y murió en su destierro voluntario de Literno.

summi imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendum esse. Cum alii alium nominarent, postremum eo decursum est, ut proconsuli creando in Hispaniam comitia haberentur; diemque comitiis consules edixerunt. Primo exspectaverant ut, qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Quae ut destituta exspectatio est, redintegratus luctus acceptae cladis desideriumque imperatorum amissorum. Maesta itaque

---

cían augurarle *(ominati sunt)...*". **felix faustumque**; fórmula ritual de buen agüero por la que empezaban los decretos y nombramientos oficiales; nótese la aliteración o repetición de la letra inicial, típica de estas fórmulas arcaicas. **inire suffragium**: "proceder a la votación". **ad unum**: "hasta el último", "sin excepción". **non centuriae modo**; los votos no se contaban por hombres, sino por centurias; todas las centurias votaron en favor de Escipión, pero, lo que es más, dentro de cada centuria todos los ciudadanos hicieron lo m i s m o. **Ceterum** = *sed.* **impetus... ardorque**: "el fuego del entusiasmo". **tacita cogitatio**; del concepto de "pensar" que da *cogitatio* dependen las interrogativas siguientes: "**preguntándose** cada cual, ¿qué hemos hecho?" **Aeta-**

civitas, prope inops consilii, comitiorum die tamen in Campum descendit; atque in magistratus versi circumspectant ora principum aliorum alios intuentium fremuntque adeo perditas res desperatumque de re publica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, cum subito P. Cornelius, P. Cornelii, qui in Hispania ceciderat, filius, quat-



Nave de guerra

tor et viginti ferme annos natus, professus se petere in superiore, unde conspici posset, loco constitit. In quem postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. Iussi deinde inire suffragium ad unum omnes non centuriae modo sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Ceterum post rem actam, ut iam resederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam egissent? Nonne favor plus valuisset quam ratio? Aetatis maxime paenitebat; quidam fortunam etiam domus horrebant nomenque ex funestis duabus familiis in eas provincias, ubi inter sepulcra patris patruique res gerendae essent, proficiscentis.

---

tis; recuérdese que *paenitet* pertenece a un grupo de verbos impersonales que rigen acusat. de persona y genit. de la cosa o motivo. **domus**; la familia de los Escipiones, que acababa de perder dos de sus miembros en España. **nomen**; únase con *proficiscentis;* ya el solo nombre de Escipión parecía un presagio desfavorable. **funestis**: "enlutadas". **proficiscentis**; dependiendo de *nomen* y llevando un compl. de lugar de donde *(ex ... familiis)* y uno de lugar a donde *(in eas provincias)*.

XIX. Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem curamque hominum animadvertit, advocata contione ita de aetate sua imperioque mandato et bello, quod gerendum esset, magno elatoque animo disseruit, ut ardorem eum qui resederat, excitaret rursus novaretque et impleret homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani aut ratio ex fiducia rerum subicere solet. Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab iuventa in ostentationem earum compositus, pleraque apud multitudinem aut ut per nocturnas visas species aut velut divinitus mente monita agens, sive et ipse capti quadam superstitione animi sive ut imperia consiliaque velut sorte oraculi missa sine cunctatione exsequerentur. Ad hoc iam inde ab initio praeparans animos, ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret ingressusque aedem consideret et plerumque solus in secreto ibi tempus tereret. Hic mos, quem per omnem vitam servabat, seu consulto seu temere vulgatae opinioni fidem apud quosdam fecit stirpis eum divinae virum esse. His miraculis numquam ab ipso elusa fides est; quin potius aucta arte quadam nec abnuendi tale quicquam nec palam adfirmandi. Multa alia eiusdem generis, alia vera, alia adsimulata, admirationis humanae in eo iuvene excesserant modum; quibus freta tunc civitas aetati haudquaquam maturae tantam rerum molem tantumque imperium permisit.

XIX. **ab re:** "después de...", o sea, viendo que al entusiasmo con que le habían elegido sucedía la inquietud y arrepentimiento. **advocata contione;** la *contio* no podía ser convocada por Escipión, puesto que en Roma carecía de autoridad para ello, sino por uno de los magistrados que habían presidido los comicios. **ita;** únase con *magno elatoque animo.* **quam;** dependiendo de *certioris;* "les hizo concebir esperanzas más firmes que las que suelen infundir...". **compositus:** "ejercitado en hacerlas valer" *(ad ostentationem).* **apud multitudinem ... agens;** *apud populum agere:* "tratar de o proponer un asunto al pueblo, en la asamblea del pueblo". **monita;** *monere* se decía de las inspiraciones procedentes de los dioses; cuando proponía algo al pueblo, lo presentaba siempre o como una revelación tenida en sueños o como una inspiración de lo alto. **sive ... sive;** "sea que... sea que". **Ad hoc:** "a este fin". **ex quo** = *ex die quo.* **in secreto;** concretando mejor *solus.* **seu consulto seu temere;** referidos a *vulgatae.* **fidem ... fecit;** *fidem facere,* "dar, conferir crédito", "dar verosimilitud", "hacer creer". **elusa;** *fidem eludere alicui rei,* "desmentir algo". **quin potius:** "antes bien".

Batalla de Zama

(lib. XXX)

XXXII. In castra ut est ventum, pronuntiant ambo, arma expedirent milites animosque ad supremum certamen, non in unum diem sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores. Roma an Carthago iura gentibus daret, ante crastinam noctem sciturος; neque enim Africam aut Italiam, sed orbem terrarum victoriae praemium fore; par periculum praemio, quibus adversa pugnae fortuna fuisset. Nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena ignotaque terra et Carthagini supremo auxilio effuso adesse videbatur praesens excidium.

Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die aut eversuri. Anceps igitur spes et metus miscebant animos; contemplantibusque modo suam modo hostium aciem, cum non oculis magis quam ratione pensarent vires, simul laeta simul tristia obversabantur. Quae ipsis sua sponte non succurrebant, ea duces admonendo atque hortando subiciebant. Poenus sedecim annorum in terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occisos et sua cuique decora, ubi ad insignem alicuius pugnae memoria militem venerat, referebat; Sipio Hispanias et recentia in Africa proelia et confessionem hostium, quod neque non

---

XXXII. Desembarcado en África el ejército de Escipión y perdida para Aníbal toda esperanza de poder tomar Roma, éste se ve obligado a dejar Italia y acudir en defensa de su patria. En Zama los dos generales se aprestan a la batalla decisiva.

animos; dependiendo, como *arma*, de *expedirent*. **non ... perpetuum**; únase con *victores*. **orbem terrarum**; el mundo; pero con esta expresión se piensa sobre todo en los países extendidos en círculo *(orbis)* alrededor del Mediterráneo. **par periculum**; entiéndase, *praemio victorum par periculum fore eorum, quibus*.

discrimen: "lucha decisiva". **postero die**; parece que la batalla de Zama tuvo lugar el 19 de octubre del 202 a. de J. C. **cumulaturi ... eversuri**; trad. por "para" o "dispuestos a". **contemplantibus**; dat. dependiendo de *obversabantur*. **succurrebant**; aquí en el sentido de "venir a la mente". **occidione occisos**: "aniquilados". **sua cuique**; de cada soldado; de conmemorar las glorias de todos pasaba a las hazañas individuales. **confessionem**; de su debilidad; explicado por *quod ... potuissent*. **perfidia**; véase pág. 50, nota a *perfidia ... Punica*. **conloquium Hannibalis**; antes de la batalla, los dos jefes tuvieron una entrevista a solas. **liberum fingenti**; que, por haber sido secreto, permitía cualquier invención. **qua vult flectit**; lo interpreta ("tuerce") de la manera más conveniente a sus fines. **quibus**; refiérase a *ea*. **Ægates ... insulas**; la batalla de las islas Egadas (ante la costa de Sicilia) dió el dominio del mar a los romanos al final de la 1.ª guerra púnica. **celsus ... corpore** = *erecto corpore*.

petere pacem propter metum neque manere in ea prae insita animis perfidia potuissent. Ad hoc conloquium Hannibalis, in secreto habitum ac liberum fingenti, qua vult, flectit; ominatur, quibus quondam auspiciis patres eorum ad Aegates pugnaverint insulas, ea illis exeuntibus in aciem portendisse deos: adesse finem belli ac laboris; in manibus esse praedam Carthaginis, reditum domum in patriam ad parentes, liberos, coniuges penatesque deos. Celsus haec corpore vultuque ita laeto, ut vicisse iam crederes, dicebat. Instruit deinde primos hastatos, post eos principes, triariis postremam aciem clausit.

XXXIII. Non confertas autem cohortes ante sua quamque signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes, ut esset spatium, qua elephanti hostium acti nihil ordines turbarent. Laelium, cuius ante legati, eo anno quaestoris extra sortem ex senatus consulto opera utebatur, cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam Numidasque ab dextro opposuit. Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus — ea tunc levis armatura erat — complevit, dato praecepto, ut ad impetum elephantorum aut post directos refugerent ordines aut in dextram laevamque discursu adplicantes se antesignanis viam, qua inruerent in ancipitia tela, beluis darent. Hannibal ad terrorem primos elephantos — octoginta autem erant, quot nulla umquam in acie ante habuerat — instruxit, deinde auxilia Ligurum Gallorumque Baliaribus Maurisque admixtis; in secunda acie Carthaginienses

---

XXXIII. **spatium,** en la disposición normal de batalla, los manípulos de la primera línea están separados entre sí por intervalos regulares; los de la segunda se disponen cubriendo estos intervalos, por los cuales pueden pasar a reforzar el frente sin deshacerlo; pero en esta batalla la segunda línea no cubre los espacios dejados por la primera, sino que entre las dos dejan como unas calles para dejar paso a los elefantes. **legati ... quaestoris;** predicativos. **extra sortem;** no había sido designado por sorteo, como de costumbre, sino que Escipión había pedido que se le adjuntara como cuestor. **Masinissam;** rey de Numidia, que conoció a Escipión en España y se pasó a su partido. **antesignatorum;** los *hastati,* colocados delante de los *signa.* **directos:** "alineados". **ancipitia tela;** proyectiles disparados desde ambos lados. **Ligurum Gallorumque;** tropas de los pueblos itálicos que se habían pasado a Aníbal y le acompañaron al África. **Macedonum;** un cuerpo mercenario de tropas griegas. **Bruttii;** hoy Calabria, en el extremo de la península italiana. **decedentem:** *Hannibalem.* **et ipse;** o sea, tal como había hecho Escipión. En el cap. XXXV se analiza y pondera la originalidad y sabiduría del dispositivo adoptado por Aníbal. **praesens;** el sueldo que acostumbraban a recibir, que será aumentado por el botín, si obtienen la victoria. **impotenti:** "desenfrenado", "tiránico", incapaz de dominarse a sí mismo; va con *dominatu.* **nihil ... medium;** sin término medio entre esperar lo mejor o temer lo peor.

duces suarum gentium; los cuerpos de tropa de las distintas naciones iban mandados por sus propios jefes. **in suos;** el inconveniente principal de los

ESCIPIÓN

MASINISA
auxiliares
legiones
LELIO
auxiliares
caballería numida
caballería cartaginese
cartagineses

ANIBAL

infantería romana
caballería romana
velites
infantería cartaginesa
caballería cartaginesa
elefantes

DISPOSICIÓN DE LAS FUERZAS EN LA BATALLA DE ZAMA. Escipión colocó su infantería de línea en el centro, con la caballería en los flancos. Las legiones estaban dispuestas según el orden tradicional de *hastati, principes* y *triarii.* Pero en lugar de ponerlas al tresbolillo, con los manípulos de la segunda línea cubriendo los intervalos de la primera, los dispuso uno detrás de otro, de modo que los espacios vacíos partían la formación, como unas calles; su objeto era canalizar el ataque de los elefantes haciendo que éstos atravesaran la formación sin desordenarla, combatidos por tiros dirigidos desde todos lados. Los vélites cubrían los intervalos de la primera línea, con orden de replegarse, si el caso llegaba, detrás de los manípulos. Por su parte Aníbal dispuso delante la infantería auxiliar y ligera, precedida de 80 elefantes; en segunda línea, la flor de sus tropas, los infantes cartagineses; la caballería cubría las alas. Su pensamiento era desordenar las filas romanas con los elefantes y atacarlos primero con los auxiliares, de modo que cuando entraran en acción sus tropas mejores, el enemigo se hallara ya debilitado.

Gracias a las previsiones de Escipión, el ataque de los elefantes fracasó; los animales asustados se lanzaron contra las propias líneas; la infantería auxiliar de Aníbal fue rechazada por la romana. Cuando ésta llegó ante los cartagineses de la segunda línea, Escipión tocó a retirada para modificar la formación: suprimir los intervalos y poner todos los manípulos en primera línea para lanzar un golpe decisivo: los *hastati* se juntaron en orden compacto, los *principes* y *triarii* se dividieron en dos partes y pasaron a los flancos (véase figura siguiente). De este modo obtuvo un frente continuo, de gran extensión y poca profundidad, que consiguió fijar toda la infantería enemiga; entre tanto su caballería había dispersado a la cartaginesa y plegándose contra la retaguardia enemiga consumaba la victoria.

Afrosque et Macedonum legionem; modico deinde intervallo relicto subsidiariam aciem Italicorum militum — Bruttii plerique erant, vi ac necessitate plures quam sua voluntate decedentem ex Italia secuti — instruxit. Equitatum et ipse circumdedit cornibus; dextrum Carthaginienses, sinistrum Numidae tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines, quibus non lingua, non mos, non lex, non arma,



El uso de elefantes de guerra comenzó en la India y de allí lo tomó Alejandro. Su misión era la de romper las formaciones de la infantería enemiga (uso algo parecido al de los tanques modernos) y ahuyentar a la caballería, aterrorizando a los caballos, no habituados al aspecto y olor de aquéllos.

non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset. Auxiliaribus et praesens et multiplicata ex praeda merces ostentatur; Galli proprio atque insito in Romanos odio accenduntur; Liguribus campi uberes Italiae deductis ex asperrumis montibus in spem victoriae ostentantur; Mauros Numidasque impotenti Masinissae futuro dominatu terret; aliis aliae spes ac metus iactantur. Carthaginiensibus moenia patriae, di penates, sepulcra maiorum, liberi cum parentibus coniugesque pavidae, aut excidium servitiumque aut imperium orbis terrarum, nihil aut in metum aut in spem medium, ostentatur.

Cum maxime haec imperator apud Carthaginienses, duces suarum gentium inter populares, pleraque per interpretes inter immixtos alie-

elefantes consistía en que, espantados por el estrépito y las heridas, se desbocaban lo mismo contra los enemigos que contra las tropas propias. **Resilientes... velites**; los vélites cumplían las instrucciones recibidas y dejaban pasar a los elefantes por los espacios dejados entre los manípulos. **ancipites ad ictum**; entiéndase *elephantos;* al penetrar por los intervalos se ofrecían como blanco a los disparos hechos de uno y otro lado. **in suos**; dependiendo de *exacti*.


nigenas agerent, tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt, tantusque clamor ortus, ut elephanti in suos, sinistrum maxime cornu, verterentur, Mauros ac Numidas. Addidit facile Masinissa perculsis terrorem nudavitque ab ea parte aciem equestri auxilio. Paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem actae inter velitum ordines cum multis suis vulneribus ingentem stragem edebant. Resilientes enim ad manipulos velites, cum viam elephantis, ne obtererentur, fecissent, in ancipites ad ictum utrimque coniciebant hastas, nec pila ab antesignanis cessabant, donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie hi quoque in suos dextrum cornu, ipsos Carthaginienses equites, in fugam verterunt. Laelius ut turbatos vidit hostes, addidit perculsis terrorem.

XXXIV. Utrimque nudata equite erat Punica acies, cum pedes concurrit, nec spe nec viribus iam par. Ad hoc dictu parva, sed magna eadem in re gerenda momenta: congruens clamor ab Romanis eoque maior et terribilior, dissonae illis, gentium multarum discrepantibus linguis, voces; pugna Romana stabilis et suo et armorum pondere incumbentium in hostem, concursatio et velocitas illinc maior quam vis. Igitur primo impetu extemplo movere loco hostium aciem Romani. Alā deinde et umbonibus pulsantes, in summotos gradu inlato, aliquantum spatii velut nullo resistente incessēre, urgentibus et novissimis primos ut semel motam aciem sensere, quod ipsum vim magnam ad pellendum hostem addebat. Apud hostes, auxiliares cedentes secunda acies, Afri et Carthaginienses, adeo non sustinebant, ut contra etiam, ne resistentes pertinaciter primos caedendo ad se perveniret hostis, pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repente, et in suos versi partim refugēre in secundam aciem, partim non recipientes caedēre, ut et paulo ante non adiuti et tunc exclusi. Et prope duo iam permixta proelia erant, cum Carthaginienses simul cum hostibus, simul cum

---

XXXIV. **pedes**; las infanterías de los dos bandos. **momenta**: "un factor" que influye también a desequilibrar las fuerzas. **congruens**; las voces de los romanos se confundían formando como un solo grito. **incumbentium**; referido a un *Romanorum* sobreentendido en *Romana*. **illinc**; de parte de los cartagineses. **Ala et umbonibus**; el cuerpo a cuerpo era tan estrecho que apenas había lugar a echar mano de las espadas. **urgentibus et novissimis**; las filas posteriores seguían el avance de la primera y la apretaban contra el enemigo. **non recipientes**; entiéndase *suos*. **perculsos**; por los romanos. **iratos**; contra los suyos, porque ni les habían ayudado ni les admitían en sus filas. **transitus**; para los romanos. **et signa et ordines**; sus propios manípulos y centurias. **inducit**; Escipión pone en juego sus reservas, disponiéndolas en primera línea. **ad veros hostes**; hasta entonces habían luchado contra las tropas auxiliares; ahora llegaban a las manos con los veteranos cartagineses, vencedores en tantas batallas.

suis cogerentur manus conserere. Non tamen ita perculsos iratosque in aciem accepēre, sed densatis ordinibus in cornua vacuumque circa campum extra proelium eiecēre, ne pavido fuga et vulneribus milite sinceram et integram aciem miscērent. Ceterum tanta strages hominum armorumque locum, in quo steterant paulo ante auxiliares, compleverat ut prope difficilior transitus esset, quam per confertos hostes fuerat. Itaque, qui primi erant, hastati per cumulos corporum



La maniobra de Escipión

armorumque et tabem sanguinis, quā quisque poterat, sequentes hostem et signa et ordines confuderunt. Principum quoque signa fluctuari coeperant vagam ante se cernendo aciem. Quod Scipio ubi vidit, receptui propere canere hastatis iussit et sauciis in postremam aciem subductis principes triariosque in cornua inducit, quo tutior firmiorque media hastatorum acies esset. Ita novum de integro proelium ortum est; quippe ad veros hostes perventum erat, et armorum genere et usu militiae et fama rerum gestarum et magnitudine vel spei vel periculi pares. Sed et numero superior Romanus erat et animo, quod iam equites, iam elephantos fuderat, iam prima acie pulsa in secundam pugnabat.

XXXV. In tempore Laelius ac Masinissa, pulsos per aliquantum spatii secuti equites, revertentes in aversam hostium aciem incurrēre.

XXXV. **In tempore:** "oportunamente", referido a *revertentes*. **Laelius ac Massinissa;** los dos jefes de la caballería, Lelio de la del flanco izquierdo, y Masinisa de la del derecho, después de desbaratar y perseguir por algún tiempo la caballería enemiga, vuelven al campo de batalla y atacan de revés al enemigo. **Is demum;** la lucha de las dos infanterías permanecía indecisa; la intervención de la caballería decide la contienda. **mille et quingenti;** la desproporción de bajas entre vencedores y vencidos (general en las bata-

Is demum equitum impetus perculit hostem. Multi circumventi in acie caesi; multi per patentem circa campum fuga sparsi tenente omnia equitatu passim interierunt. Carthaginiensium sociorumque caesa eo die supra viginti milia; par ferme numerus captus cum signis militaribus centum triginta duobus, elephantis undecim. Victores ad mille et quingenti cecidēre.



Moneda de Cartago

Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus Hadrumetum perfugit, omnia et ante aciem et in proelio priusquam excederet pugnā expertus et confessione etiam Scipionis omniumque peritorum militiae illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse: elephantos in prima fronte, quorum fortuitus impetus atque intolerabilis vis signa sequi et servare ordines, in quo plurimum spei ponerent, Romanos prohiberent; deinde auxiliares ante Carthaginiensium aciem, ne homines mixti ex conluvione omnium gentium, quos non fides teneret sed merces, liberum receptum fugae haberent, simul primum ardorem atque impetum hostium excipientes fatigarent ac, si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostile hebetarent; tum, ubi omnis spes esset, milites Carthaginienses Afrosque, ut, omnibus rebus aliis pares, eo, quod integri cum fessis ac sauciis pugnarent, superiores essent; Italicos intervallo quoque diremptos incertos, socii an hostes essent, in postremam aciem summotos. Hoc edito velut ultimo virtutis opere Hannibal cum Hadrumetum refugisset, accitusque inde Carthaginem sexto ac tricesimo post anno, quam puer inde profectus erat, redisset, fassus in curia est non proelio modo se sed bello victum, nec spem salutis alibi quam in pace impetranda esse.

---

llas antiguas) se debe a que la carnicería mayor tenía lugar no en la batalla propiamente dicha, sino en la persecución de los vencidos.

Hadrumetum; puerto al S. de Cartago, donde Aníbal tenía su flota. **omnia... expertus**; después de agotar todos los medios, todas las posibilidades, tanto antes de la batalla (en su entrevista con Escipión) como durante ésta. **illam**; explicado por *singulari ... instruxisse*. **in quo... ponerent**; la confianza de los romanos descansaba antes que nada en la férrea disciplina que impedía todo desorden en la batalla. **auxiliares**; súplase *instruxisse*. **simul... fatigarent**; súpl. *ut*, sobrentendido en *ne*. **tum** = *deinde*, después de los auxiliares. **milites**; súpl. *instruxisse*. **fessis ac sauciis**; los romanos, al llegar a las manos con los cartagineses, habían de estar ya fatigados por la lucha con los auxiliares. **incertos**; con sentido pasivo, "de los que no se sabía si...". **accitus**; por el Senado cartaginés. **alibi** = *in alia ulla re*.

Paz con los cartagineses y triunfo de Escipión

XLIII. Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul, cui classis provincia erat, senatus consulto intercessit. Tum M'. Acilius et Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt, vellent iuberentne senatum decernere, ut cum Carthaginiensibus pax fieret; et quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitum deportare iuberent. De pace "uti rogas" omnes tribus iusserunt; pacem dare P. Scipionem, eundem exercitum deportare. Ex hac rogatione senatus decrevit, ut P. Scipio

---

XLIII. **cui classis provincia erat**; había recibido como provincia el mando de la flota; la *provincia* que recibía un magistrado al salir de su cargo en Roma, no era necesariamente un gobierno sino que podía ser otra misión cualquiera. **intercessit**; un cónsul podía poner el veto a una decisión que el Senado hubiera adoptado a propuesta del otro cónsul. Al no poderse aprobar el *senatus consultum,* no podía presentarse ante los comicios centuriados para que lo aprobasen. La paz hubiera sido imposible si los tribunos de la plebe amigos de Escipión no hubiesen resuelto este conflicto entre un cónsul y el Senado acudiendo a los comicios tributos, cuyas decisiones no debían ser precedidas por ningún acuerdo del Senado. **vellent iuberentne**; con estas palabras empezaba una *rogatio* o proposición de ley ante los comicios. **senatum decernere**; la asamblea debía ordenar al Senado que acordara la paz; la proposición debía ser presentada al Senado por los tribunos de la plebe, jefes naturales de los comicios tributos, y a ellos el cónsul no podía oponer su veto. **uti rogas**; con estas palabras la asamblea aprobaba una proposición. **eundem**: *Scipionem*. **ex ... sententia**; asesorado por diez legados que el Senado le enviaría. **legibus**: "condiciones". **Carthaginienses**; los legados cartagineses, que habían acudido a Roma a solicitar la paz. **in urbem introire**; el Senado se había reunido en el templo de Belona, fuera del recinto de la ciudad, para dar audiencia a los cartagineses, pues un enemigo no podía entrar en Roma. **Quibus conventis**; puede significar, *postquam captivos convenerunt,* o (y esto parece más natural) *quibus rebus concessis.* **ipsis postulantibus**; los feciales debían presidir el acto de hacer la paz con un pueblo enemigo; para ello pedían al Senado que les autorizara por un senadoconsulto a llevarse los instrumentos necesarios para cumplir los ritos. **privos** = *singulos.* **lapides silices**; un recuerdo de la edad de piedra; el fecial hacía el sacrificio que sancionaba el pacto con un hacha o cuchillo de sílice. Pablo el Diácono explica lo siguiente sobre este rito: *lapidem silicem tenebant iuraturi per Iovem, haec verba dicentes: si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque bonis eiciat ut ego hunc lapidem.* **verbenas**; hierba sagrada, cogida en el Capitolio, indispensable en los ritos de los feciales. **praetor**; aquí se usa en el sentido primitivo de la palabra, "general", sin atender a la categoría de éste. **illi praetorem sagmina poscerent**; *sagmina* son las verbenas; el pedir las verbenas al general formaba parte de la ceremonia; el fecial decía: *Sagmina te posco;* y aquél respondía: *Puram tollito.*

perfugas; tránsfugas, soldados pasados al enemigo. **fugitivos**; esclavos que habían huído de casa de sus dueños, refugiándose con los cartagineses. **in crucem sublati**; el suplicio normal para un romano era la decapitación; para un extranjero, la cruz; aquí se invierten los términos, porque la culpa de los romanos tránsfugas era más grave.

ex decem legatorum sententia pacem cum populo Carthaginiensi quibus legibus ei videretur, faceret. Gratias deinde patribus egere Carthaginienses, et petierunt, ut sibi in urbem introire et colloqui cum civibus suis liceret, qui capti in publica custodia essent; esse in iis partim propinquos amicosque suos, nobiles homines, partim ad quos mandata a propinquis haberent. Quibus conventis, cum rursus peterent, ut sibi quos vellent ex iis redimendi potestas fieret, iussi nomina edere; et cum ducentos ferme ederent, senatus consultum factum est, ut legati Romani ducentos ex captivis, quos Carthaginienses vellent, ad P. Cornelium in Africam deportarent, nuntiarentque ei ut, si pax convenisset, sine pretio eos Carthaginiensibus redderet. Fetiales cum in Africam ad foedus feriendum ire iuberentur, ipsis postulantibus senatus consultum factum est in haec verba: ut privos lapides silices privasque verbenas secum ferrent, ut ubi praetor Romanus iis imperaret, ut foedus ferirent, illi praetorem sagmina poscerent. Herbae id genus ex arce sumptum dari fetialibus solet.



Emperador romano en campaña

Ita dimissi ab Roma Carthaginienses cum in Africam venissent ad Scipionem, quibus ante dictum est legibus pacem fecerunt. Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quattuor milia tradiderunt, inter quos Q. Terentius Culleo senator fuit. Naves provectas in altum incendi iussit. Quingentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam tradunt; quarum conspectum repente incendium tam lugubre fuisse Poenis, quam si ipsa Carthago arderet. De perfugis gravius quam de fugitivis consultum: nominis Latini qui erant, securi percussi, Romani in crucem sublati.

XLIV. Annis ante quadraginta pax cum Carthaginiensibus postremo facta erat Q. Lutatio A. Manlio consulibus. Bellum initum annis

---

XLIV. **pax...facta erat**; la que puso término a la primera guerra Púnica en el año 241 a. de J. C. **Ti. Claudi**; Tiberio Claudio Nerón, el vencedor de Asdrúbal en la batalla del Metauro, había deseado el mando de la guerra en África, y lo mismo quería Cneo Cornelio; para evitar que le fuera quitado las negociaciones de paz, renunciando a el mando, Escipión tuvo que apresurar destruir Cartago.

exhaustis; los ciudadanos cartagine-

post tribus et viginti P. Cornelio Ti. Sempronio consulibus, finitum est septimo decimo anno Cn. Cornelio P. Aelio Paeto consulibus. Saepe postea ferunt Scipionem dixisse Ti. Claudii primum cupiditatem deinde Cn. Cornelii fuisse in mora, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiret.

Carthagini cum prima collatio pecuniae diutino bello exhaustis difficilis videretur, maestitiaque et fletus in curia esset, ridentem Han-



Puerto

nibalem ferunt conspectum. Cuius cum Hasdrubal Haedus risum increparet in publico fletu, cum ipse lacrimarum causa esset, "si quem ad modum oris habitus cernitur oculis" inquit "sic et animus intus cerni posset, facile vobis appareret, non laeti sed prope amentis malis cordis hunc, quem increpatis, risum esse. Qui tamen nequaquam adeo est intempestivus quam vestrae istae absurdae atque abhorrentes lacrimae sunt. Tunc flesse decuit, cum adempta sunt nobis arma, incensae naves, interdictum externis bellis; illo enim vulnere concidimus. Nec causa est, cur vos otio vestro consultum ab Romanis credatis. Nulla magna civitas diu quiescere potest: si foris hostem non habet, domi invenit, ut praevalida corpora ab externis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur. Tantum nimirum ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res pertinet; nec in iis quicquam acrius quam pecuniae damnum stimulat. Itaque cum spolia victoriae Cartha-

---

ses, concepto sobreentendido en el locativo *Carthagini.* **in publico fletu** = = *quod, cum omnes flerent, rideret.* **Qui tamen**; entiéndase *risus.* **absurdae**: "inútiles". **abhorrentes**: "intempestivas", "fuera de lugar". **cur ... credatis**; con ironía. **in iis** = *in privatis rebus.* **Quam**; exclamativo.

Syphacis; rey de la Numidia, aliado de Aníbal y vencido por Escipión.

gini detrahebantur, cum inermem iam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africae cerneretis, nemo ingemuit: nunc quia tributum ex privato conferendum est, tamquam in publico funere comploratis. Quam vereor ne propediem sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrimasse". Haec apud Carthaginienses Hannibal.

Scipio contione advocata, Masinissam ad regnum paternum Cirta oppido et ceteris urbibus agrisque, quae ex regno Syphacis in populi Romani potestatem venissent, adiectis donavit. Cn. Octavium classem in Siciliam ductam Cn. Cornelio consuli tradere iussit, legatos Carthaginiensium Romam proficisci, ut, quae ab se ex decem legatorum sententia acta essent, ea patrum auctoritate populique iussu confirmarentur.

XLV. Pace terra marique parta, exercitu in naves imposito, in Siciliam Lilybaeum traiecit. Inde magna parte militum navibus missa, ipse per laetam pace non minus quam victoria Italiam, effusis non urbibus modo ad habendos honores, sed agrestium etiam turba obsidente vias, Romam pervenit, triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus. Argenti tulit in aerarium pondo centum triginta tria milia. Militibus ex praeda quadringenos aeris divisit. Morte subtractus spectaculo magis hominum quam triumphantis gloriae Syphax est, Tiburi haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. Conspecta tamen mors eius fuit, quia publico funere est elatus. Hunc regem in triumpho ductum Polybius, haudquaquam spernendus auctor, tradit. Secutus Scipionem triumphantem est pilleo capiti imposito Q. Terentius Culleo; omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit. Africani cognomen militaris prius favor an popularis aura celebraverit, an, sicuti Felicis Sullae Magnique Pompei patrum memoria, coeptum ab adsentatione familiari sit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victae ab se gentis est nobilitatus. Exemplo deinde huius nequaquam victoria pares insignes imaginum titulos claraque cognomina familiarum asciverunt.

XLV. **Lilybaeum**; ciudad de Sicilia, cerca del promontorio del mismo nombre. **ad habendos honores** = *ad honores Scipioni reddendos*. **Syphax**; los reyes y cabecillas enemigos hechos prisioneros formaban parte de las comitivas triunfales; pero a Sífax la muerte le eximió de figurar en el triunfo de Escipión. **Conspecta**: "famosa". **Polybius**; historiador griego, del s. II a. de J. C., que escribió una historia de los romanos. **Q. Terentius Culleo**; senador romano que había caído prisionero de los cartagineses y fué liberado por Escipión (véase cap. XLIII). Figuró en la comitiva tocado con el *pilleus*, especie de gorro frigio que se ponían los esclavos al recibir la libertad, indicando con ello que Escipión le había librado de la esclavitud. **patrum memoria**; en tiempos de nuestros padres, **coeptum ... sit** = *originem habuerit*.

PUBLIO VIRGILIO MARÓN

ENEIDA

Libro VI

Eneas desciende a los Infiernos

Invocación a los dioses subterráneos

Di, quibus imperium est animarum, umbraeque silentes, 264
et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late:
sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
pandere res alta terra et caligine mersas.



Virgilio y las Musas

---

265. **Chaos;** divinidad infernal, padre del Érebo (el Infierno) y la Noche. **Phlegethon;** río de los infiernos, afluente del Aqueronte. **loca... late:** lugares silenciosos y extensos *(late)*, envueltos en tinieblas *(nocte)*; nótese el uso del adverbio *late* referido a *tacentia*, en lugar de adjetivo calificando **a** ***loca.***

266. **sit;** entiéndase ***sit fas.***

Eneas y la Sibila se adentran por las regiones infernales

Ibant obscuri sola sub nocte per umbram,
perque domos Ditis vacuas, et inania regna,
quale per incertam lunam sub luce maligna
est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
Iuppiter, et rebus nox abstulit atra colorem.

El barquero Caronte

Hinc via Tartarei quae fert Acherontis ad undas;
turbidus hic caeno vastaque voragine gurges
aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas et flumina servat
terribili squalore Charon, cui plurima mento
